ſtinis ipſiusvẽtris monet. Sed noſtra. Qui dixerat ſumma ope nitendum oſtendit eã duplicẽ vt ad ſuſcepti operis rõnem callido pede pueniat. Vis vnde virtus huius vis huic vi hãc vim ⁊ ab hac vi. in plurali hec vires declinant: ſed alii diuerſa cenſent vocabula. ſignificat interdũ copiã: vt multa vis nũmorũ: interdũ violẽtiam: vt vim vi repellere licet. interdũ potentiã. vt hic. Sita. nõ ſituata qꝺ barbarorũ eſt vocabulũ. Eſt autẽ ſitus adiectiuũ vt quidã volũt a ſino. alii a ſiſto deductũ ſubſtantiuũ aut ſignificat poſitionẽ aut mucorem ſeu lanuginem in loco humido ſitã. Animi imperio. ſiquidẽ regimẽ i nobis fuerit rite diſpoſitũ animꝰ imperet corpi ⁊ ratio appetitui. Vtimur qꝛ ad aliavt potẽ ad gloriã pparandã. Unde vtimur rebus ad vtilitatẽ alterius rei. Fruimur aũt ad voluptatẽ ipſam quã ex fruitiõe capimus vnde argute dicit vita qua fruimur breuis eſt. Nã iucunda vita ex qua voluptatẽ capere poſſimus admodum breuis. Hõ enĩ breui viuẽs tpe repletur multis miſeriis. Memoriã noſtri. nõ noſtrã dixit: qꝛ paſſiue accepit nõ q̃ aliorũ memores ſimus: ſed alii noſtri. vnde genitiui mei tui ſui noſtri ⁊ veſtri dũtaxat paſſiue capiuntur. Efficere q̃ maxime lõgam dulcius ſonat q̃ longiſſimã priuſq̃ incipias cõſulto ⁊c. Due ſunt pueris adnotãde regule. Pria ẽ. Pulcre vbi ad generalitatẽ trãſit ſermo ad ſcdãs pſonas etiã ſingularẽ aut ad verbũ impſonale trãſfert oratio: vt hic priuſq̃ incipias p eo eõ eſt quiuis incipiat. ⁊ enei. iiii. Mi gratuscernas pro eo qꝺ eſt quilibet cernat. Ad impſonale: vt in Buc. Uſq; adeo turbatur agris Secũda. Participia ab impersonalibꝰ deducta pulcre cũ v̄bis accuſatiuũ vel ablatiuũ regentibus cõſtruũtur: vt hic opus eſt cõſulto: ⁊ facto id eſt vt cõſulas ⁊ facias: aut vt cõſultatio fiat Et ita factus oportuit: id eſt ita fieri aut factum eſt. Valla ſentit in preſenti infinitiui dulcius ſonare actiuam vocem in preterito paſſiuam vt dicere velim ⁊ dictum volui. Sed diu paulatim vt dixi ad inſtitutum accedit diu aduerbium eſt ſignificãs durationem temporis quod ſi dixiſſet diuturnum addendum fuiſſet magnumq;: ſicut diu multumq; queſitus eſt magis procederet. Conſtitit ergo vtroq; procedere. Cum iaʒ alii nam legunt: ſi quum legitur temporale eſt pars ingenium figurata prolepſis. Apud Iuſtinum legitur Ninum in principio primum regum aſſiriorũ fuiſſe. Etiam tum ſcilicet cum primum regnare inciperent: ſed pauci leguntur reges niſi bragmanes aut remotiores propoſuerimus qui ſine cupiditate vixerũt. Ordo eſt. Sed omnis: id eſt tota: vis id eſt virtꝰ potẽtia noſtra id eſt humana eſt ſita id eſt poſita ⁊ conſtituta in animo ⁊ corpore. ex illis enim conſtamꝰ. ⁊ ſupple nos vtimur magis imperio ſcilicet actiuo animi quo animus imperat corpori q̃ ſupple econuerſo ⁊ vtimur magis ſeruitio: id eſt adminiculo ⁊ famulatu corporis ſupple q̃ ediuerſo. Alterum ſcilicet imperium animi. eſt nobis commune cum diis in quibus animus totus dominatur cum deus ſit animus: aut ſm illos dominatur corpori. ſumꝰ enim rationales nos vt dii ⁊c. Unde ſub corpore deos poſuerunt ac ita corporeos. Quo id eſt quocirca aut quãto rectius videtur mihi eſſe querere gloriam opibus: id eſt virtute et potẽtia ſeu facultate ingenii: id eſt rationis ingenite q̃ virũ ſcilicet corporis. Et quoniã ipſa vita qua fruimur: id eſt qua voluptatem capimus eſt breuis repete videtur eſſe rectius efficere memoriã noſtri id eſt que de noſtris fit q̃ maxime: id eſt vehementer longam. Unde illud Maronis. Breue et irreuocabile tempus Omnibꝰ eſt vite: ſed vitam extendere factis Hoc virtutis opus. Nam gloria: id eſt iucunda extollentia diuitiaruʒ: ⁊ forme id eſt formoſitas: id eſt que ex diuitiis ⁊ forma nobis adnaſcitur eſt flura id eſt cito affluens vt factis rebus aut aduerſa. valetudine ⁊ fragilis: id eſt cito frangibilis ſed ſupple virtus que in animo eſt ſita habet. ſcilꝫ in re et in memoria: clara et eterna: quia ſubiectum eternum habet. Claram apud Flaccum in carminibus habemus ſententiam. Sed magnum certamen: id eſt controuerſia aut contentio fuit diu. id eſt per longuʒ tempus inter mortales. id eſt homines nam mortale nobis additum ſeparat nos a diis. vnde forte vt mortſ ſimus memores ſepe pro hominibus dicitur mortales. vt Eneidos. ii. Tempus erat quo prima quies mortalibus egris. Incipit: ne pro an res militaris id eſt gloria ⁊ res ex militia ⁊ bello orta procederet. id ẽ icrementum ⁊ proceſſum caperet magis vi id eſt potentia corporis an virtute animi. Nam quaſi dicat certũ eſt vtrũq; conducere quia. ⁊ id eſt ſimul priuſq̃ incipias. id eſt quis incipere debeat opꝰ eſt cõſulto id eſt vt cõſulas aut cõſilium capias: ⁊ id eſt ſimul: vbi id eſt poſtq̃ conſulueris. id eſt conſilium ceperis opꝰ eſt facto mature. id eſt ſuo tempore neq; ſegniter neq; precipitãter. Ita vtrũq; id eſt vis corporis ⁊ virtus animi indigens per ſe id eſt ſeorſum acceptum eget ad conſumationem glorie in re militari alterum inq̃ eget auxilio alterius vt corpus auxilio animi: et animus auxilio corporis. Igitur continuatiua eſt hic particula aut illatiua: quia diuerſe ſunt vires in homine reges (quum id eſt quando id nomen ſcꝫ regum fuit in terris nomen imperii. id imperantium) diuerſi exercebant. pars id eſt partim aut alii ſupple exercebant ingeniuʒ id eſt virtutem animi: alii corpus id eſt vires corporis vita hominum agitabatur etiam tum id eſt in principio regnorum aut in primo ſeculo ſine cupiditate ⁊ ita ſine vitio. Unde aurea ſecula feruntur ſub ſaturno fuiſſe. Cuiq; ſua

imperio corporis ſeruitio magis vtimur. Alterum nobis cum diis: ſed alterum cum beluis commune eſt: Quo mihi rectius eſſe videtur ingenii q̃ virium opibus gloriam querere. Et quoniam vita ipſa qua fruimur breuis eſt: memoriam noſtri q̃ maxime longã efficere. Nam diuitiarũ & forme gloria fluxa atq; fragilis eſt. Virtꝰ clara æternaq; habetur. Sed diu magnũ inter mortales certamẽ fuit vi ne corporis an virtute animi res militaris magis procederet. Nã priuſq̃ incipias cõſulto & vbi cõſulueris mature opus eſt facto. Itaq; vtrumq; per ſe indigens alterum alterius auxilio eget. ¶Igitur in initio reges (cum iam in terris nomẽ īperii id primũ fuit) diuerſi ps ingeniũ alii corpꝰ exercebãt. Etiã tũ vita hoim ſine cupiditate agitabãt

Calido pede ſub tili via.

Vis.

Situs.

Lanugo a lane ſili tudie hic lanuginoſus plenꝰ lanugine

Uti.

Frui.

Regule grãmatice vide ſupra quito decimo p̃cepto.

Diu.

Ordo.

Mature pſto ſedule.

id eſt ſiue diuitie ſeu poſſeſſionis placebant ſatis. Qui aūt et vt dixi illi reges fuerint nō conſtat niſi ſaturnuz dicamus qui ab Joue expulſus fingitur. Sed regū egypti quidā animū exercuerūt: vt trimegiſtus ꝛ Ptolomeus. Quidā potius corpus: vt bellicoſi ſic apō romanos Romulus arma numa aim coluit. Vñ illud in faſtis: ſcȝ arma magis ꝙ ſydera romule noras. Sed de primis loquit poſtea xo. Exēplis inducit quantū ingenium rebus bellicis cōferat Cyrus: vt Herodotus lib. j. recitat ex Mādane aſtagis regis medorū filia: ꝛ ex Cābiſe poſtmodum rege perſarum natus ab auo propter viſum (viderat enim ex genitalibus filie vitem naſci que omnē occuparet aſiam. Jd autē protēdebat ſobolē filie vniuerſe dominaturā aſie) iuſſus per harpagū feris exponi a Mitridate paſtore inuētus: ꝛ Cyno ei⁹ vxore enutritus (quoniaȝ autē Cynos grece canem ſignificat fictioni locuȝ dedit vt a cane educatus haberet) inter pueros primum regnū occupaſt. poſtea ab Aſtiage cognitus iterumq; interfici iuſſus ab harpago ſeruatur: ꝛ tandem ad parētes miſſus fatale occupauit imperium capto auo: ſed tādē apud maſſagetas truculenter occiditur. Cyrus aūt dictus eſt ꝙ kyrios dominus ſit. Jn aſia cyrus. Unde herodotus hinc autem exequetur oratio cyrum qui creſi euertit imperiū quiſnam fuit ac perſas qui aſiā ſubegerūt Lacedemonij in laconia diu rerū potiti ſunt dicíq; poſſunt ſapientes populi qui lacedemoniam ſeu lacedemonis vrbem (. Nam et lacedemon dicitur que eadem ſparta vocatur) ſine muris ſola virtute ꝛ virilium animorum robore animi licurgi legibus munitam incoluerūt: in qua preſentibus erat ſenibus honor ꝛ minimus ignauie locus. Nullaq; diu auaritie lues: qua recepta tandem deuicti ſunt. Athenienſium in attica res geſte a thucidide latiſſime deſcribuntur. Regula puerorum eſt venuſte clauditur oratio prolixiuſcula multis infinitiuis in e ad finitum vnū ſpectantibus: vt huic verbo cepere adduntur ſubigere habere putare. Ordo eſt. Uero pro ſed: poſteaꝙ Cyrus rex perſarum in aſia et lacedemonij. id eſt lacones illi ſpartani et Athenīēſes populi in atticē prouincia cepere: id eſt ceperunt in grecia regione illa europe ſubigere: id eſt ſub imperio ſuo agere et ſubdere vrbes atq; natiōes: id eſt diuerſos habitatores vrbium ibidem natos (nam ſepe verbalia in io ſignificant rem ipſam: vt poſſeſſio rem poſſeſſaȝ: ſatio rē ſatā: natio rē natā:) ꝛ ſupple cepere habere libidineȝ. i. iniquā voluntatē ꝛ appetitionem dominandi cauſam belli: id eſt pro cauſa belli gerendi. Unde regna a quibus nihil offenſi erant inuaſere: vt dominarentur: et cepere putare: id eſt exiſtimare maximam gloriam ſupple eſſe in maximo imperio (quod. C. Julio perſarum moleſte fert in officio Cicero) tum: id eſt tunc demum id eſt tandem compertum eſt: id eſt inuentum et exploratum: periculo: id eſt experientia: vt in andria Terentij. Qui ſcis ergo iſtuc niſi periculum feceris. Et in eunucho. Fac periculum in literis atq; negotijs: id eſt occupationibus in rebus gerēdis: ingenium. id eſt acrimoniam animi ꝛ rationis ingenitam poſſe: id eſt valere plurimum in bello ſupple gerendo. Unde naſcitur vtilitas rei donec vſuuenerit. Quod ſi regnū argute cenſet virtutem ꝛ induſtriam regum ꝛ imperatorum multo maiorem eſſe in bello ꝛ aduerſitate ꝙ in pace ꝛ proſperitate que ſententia antiquiſſima eſt ꝛ latiſſime patet. nam Heſiodus ꝛ eū ſecutus maro atteſtantur: iō iouē amouiſſe delicias ſeculi aurei ne luxu ꝛ inertia torperēt mortales verba vergi. j. ſunt geor. pr̄ ipſe colēdi haud facilem eſſe viam voluit primūq; per artē Mouit agros: curis acuēs mortalia corda Nec torpe graui paſſus ſua regna veterno ante iouē nulli ſubigebāt arua coloni ꝛc. Hinc catonē aiūt cēſuiſſe chartaginē nō delēdā: vt eſſet vñ iuuētus romana teneretur in militia: quocirca legimus apud Juuenalē. Preſtabat caſtas humilis fortuna latinas. Quondam nec vitijs contingi parum ſinebant. Tecta labor ſummiq; breues ꝛ vellere tuſco vexate dureq; manus ac proximus vrbi Annibal: et ſtātes collina in turre mariti. Nunc patimur longe pacis mala: ſenior armis Luxuria incubuit: victumq; vleiſcitur orbem. vide reliqua ſatyra. vj. huic autē rei troes ſatis exēplo fuere qui decemnali bello capi non potuere ꝛ vnius noctis delicijs capti ſunt. Naȝ imperiū. Etiam grauis ſententia que a multis citari ſolet. artes autem quibus imperium paritur ſunt virtutes vt. prudētia cōſilium attentio. Temperantia: continentia: abſtinentia: parſimonia. Fortitudo labor vigilia: induſtria: iuſticia: fides: libertas religio ſeu timor domini quia domini eſt terra et plenitudo eius. Author autem innuit laborem qui fortitudinem ſignat continentiam que temperantiam repreſentat et equitatem que iuſtitiaȝ refert genitrices imperij. Fortuna ſimul cetera. egregium dictū ex ſtoica diſciplina quoq; vult ſapientiā fortune dominari. Unde ſatyricus Nullum numen habes ſi ſit prudentia: ſed te Nos facimus fortuna deam. Aliter tamen ſtatim dicturus eſt: ſed profecto fortuna in omni re dominatur. Optimo quoq; elegās ſermo: quia quiſq; ſuperlatiuo iungitur. eſt em̄ hic ablatiui caſus quoq; a nominatiuo quiſq;. Que homies arāt Argute perſtringit hominuȝ ordines. Aut enim in terra ſunt aut in mari aut in aere. Terra autē aratur mare nauigatur aer edificia ſuſcipit. Dediti. i. penitus dati tanꝙ hoſti cui ſeruiendū ſit: nā a quo quis vincitur ei⁹ ſeruus eſt. qui facit peccatū ſeruus eſt peccati. ſicut peregrinantes: qui veluti in republi. aliena conſtituti nihil agunt memoria dignum. Tranſierunt: ſunt qui hic quoq; legant tranſigerunt: ſed vt dixi aptius dicitur tranſierūt peregrinorū em̄ eſt tranſire nō tranſigere. Nā a peragrādo peregrin⁹ ď: Corp⁹ voluptati. i. ad voluptatem. vnde puerorum regula eſt abſtracta per que ſignificatur modus adquirēdi venuſte ponūtur in dtō ita vt verbū duos datiuos regat: vt ſuȝ tibi voluptati poti⁹ ꝙ per emphaſim ſum tibi voluptas Juxta. id eſt in confinio cū parum ſit diſcriminis ſeu diſtātie. quia de vtraq; ſiletur. Cū em̄ nihil egregiuȝ fecerit in glorius eſt viuēs ꝛ moriēs: flaccus tñ in ep̄lis laudās otiū epicuricū dixit. Nec vixit male ꝙ viuens moriensq; fefellit. i. latuit. Nō tñ potuit dicere bene vixiſſe. Aliud alij diuerſis diuerſum. vnde eſt illud propertianum. Nature ſequitur ſemina quiſq; ſue. Pulcrum eſt benefacere vna eſt dictio: ſed bū dicere valla duas vult qō hic verū eſt necq; tacuiſſet ſi cōmētarios eos qui ipſi aſcribūtur feciſſet. Haud abſurdū per liptoten dicā valde dignū auditu; nā abſurdū dicim⁹ abs quo tāꝙ indigno qō audiat auertimus aures: vt ſurdi aut qō cū in

Sua cuiq; ſatis placebant. Poſtea vero ꝙ in Aſia Cyrus: in grecia Lacedemonij et Athenīēſes cœpere vrbes atq; nationes ſubigere: libidinem dominandi cauſam belli habere: maximam gloriam in maximo imperio putare Tum demum periculo atq; negotiis compertum eſt in bello plurimum ingenium poſſe.

Qui res al exercuerūt. ꝙ corpus. Cyrus.

Lacedemonij. Sparta ſola virtute mūita muris carens. Flavenu ſtatio. Natio. Periculiſ reialicui⁹ facere experientiā Regū virtus bellis eſt clarior ꝙ pace eſaias ve ratio dat itellectuȝ auditui. Securitas ꝙ dāna iſerat. Uirtutes īperij genitricea. Quiſq;. trāſierūt Peregrinus. Regula iſtā vide ꝑcepto. xvj Orij epicurici la⁹

uiti audiam⁹ nos obtũdẽdo ſurdaſtros facit. Uel pace. i. etiã in pace. Multi laudantiſſimo eadẽ lauro clari poete: ⁊ clari imperatores inſigniri ꝯſueuerũt. verũ de hiſtoriographo q̃ loquit̃ q̃ haud q̃q̃ parẽ gloriã me ret̃. Leges autẽ ſequit̃ nõ ſequat̃: quia etſi tametſi ⁊ q̃q̃ indicatiuo gaudẽt. In primis arduũ: nõ dicit arduiſ ſimũ: q: in vſu nõ eſt. Ideo ait arduũ eſt negotium: q: debite ſcribens hiſtoriã debet facta dictis exequare. i. ita magnifice eloqui. vt magnifice geſta ſunt: ⁊ ſi vitia ſectatur: putatur inuidia motus: ſin virtutes laudãs maiores q̃ lector i ſe agnoſcit plerũq; le ctor i ſe cognoſcit: plerũq; mendacij ar guit: vt i cõtextu autoris patet: qui hoc ordine aperitur. Quod ſi (continuatiua eſt particula. q. d. ſi ponatur q) virt⁹ anim. i. prudentia ⁊ fortitudo regũ atq; imperatorũ que a regib⁹ olim in expeditionem vt exercitui imperent mittebantur. Uñ maior fuit regalis dignitas donec ceſar perpetu⁹ dictator etiaz perpetuũ imperiũ ad ſummã dignitatẽ ſecũ euexit: valeret ita in pace. i. tẽpore pacis ita exerceret̃ in iuſtitia ⁊ equitate ſeruãda: ⁊ in repu. augẽda: vt in bello. i. vt apparuit in bello gerẽdo ſtrẽnue ⁊ fortiter: res humane. i. ſtatus ⁊ conditiões hominũ haberẽt ſeſe equabili⁹. i. ad maiorẽ equitatẽ ſup. q̃ ſe nũc hñt: ⁊ cõſtãtius. i. ad maiorẽ cõſtãtiã minuſq; mutarent̃ q̃ nũc neq; cerneres. i. ⁊ nemo cerneret: aliõ. i. rẽ aliã aut imperiũ aliõ ferri. i. trãſferri: alio. i. ad aliũ locũ ⁊ populũ: neq; cerneres: hoc eſt nec quiſ q̃ cerneret: oĩa mutari ac ꝯmiſceri. i. cõfundi vt diuina humanis: ſumma imis vt fit in trãſlationibus imperiorũ (fatetur ergo qđ in geor. ex ſe dicit maro romana iperia mutari perituraq; regna: lʒ mẽdax iuppiter apđ eũdẽ Eneiđ. pri° dicat. His ego nec metas rerũ nec tẽpora pono. Imperiũ ſine fine dedi) Nam imperiũ retinetur. i. ſeruatur facile his artibus quibus eſt partũ. i. laborioſe adquiſitũ initio. difficilius enĩ eſt parere q̃ cõſeruare quocirca Cicero in principio orationum ſuarũ docet dedecori eſſe romanis ſi nõ conſeruẽt quod patres pepererant imperium. Non minor eſt virtus q̃ querere parta tueri: niſi q in pariendo feruéſcit animus: in cõſeruando labaſcit: ſemperq; procliuiores ſumus ad noua parienda q̃ ad vetera conſeruanda: ideoq; plura faciuntur monaſteriorũ fundamenta q̃ conſeruentur facta atq; extructa: ſed ad rem. Uerũ. i. ſed: vbi. i. quo tẽpore poſtq̃: deſidia id eſt ſegnities pigrities ⁊ accidia inuaſit ſup. imperiũ romanũ pro labore: loco laboris qui prius inerat: ⁊ libido id eſt lubrica voluntas inuaſit pro continentia id eſt vbi prius erat continẽtia id eſt caſtitas animi ⁊ corporis continens animũ ⁊ corpus ne progrediant̃ ad illicita: ⁊ ſuperbia. i. faſtus minores contemnens inuaſit pro equabilitate id eſt iure equabili: quo pari virtute prediti pari honore eſtimabantur: aut dicamus ſimul vbi inuaſere deſidia pro labore libido: pro cõtinẽtia: atq; ſuperbia pro equabilitate fortuna id eſt fortuita proſperitas rerũ mutatur ſimul cũ moribus: quia prauos mores fere ſequitur. infortuniũ. Et ita imperiũ trãſfertur ſemper ab optimo q̃. i. a quolibet meliore ad minus bonũ. i. ad deteriorẽ: ita arguti ſimus pomponius legit. nã qui cõtra legũt ad optimũ quęq; a minus bono nõ abſurde quidẽ illi ſentiũt: ſʒ minus cõcinne ad ſtylũ authoris. Nã ſi legatur ad optimũ ſenſum fit negligẽtiũ ⁊ deſidioſorũ imperiuʒ ad meliorẽ transferri: quod quidẽ veroſimile eſt: verũ author vult deducere imperatores in annos deteriores effectos: vt ab optimis illis qui forte ſua contẽti erant deuentũ ſit ad ſecordes aut libidinoſos. Omnia que omnes ſcilicet homines arant. i. arando adquirũt: que nauigant: id eſt nauigãdo accumulãt. que edificãt: id eſt edificãdo poſſident. parẽt: id eſt obediunt: ⁊ ſubſeruiunt virtuti. Sed multi mortales. i. homines: dediti: id eſt penitus addicti ventri. i. gule ⁊ crapule atq; ſomno. i. torpori ⁊ inertie: exiſtentes indocti et inculti tranſierunt vitam ſicut peregrinãtes. i. ignoti ⁊ vbiq; externi: quibus profecto. i. reuera: quaſi dicat ita certe vt proficiſci faciat: corpus eſt voluptati. i. ad voluptatẽ ⁊ delicias ⁊ anima eſt oneri. i. ad grauamen ⁊ moleſtiam contra naturam: id eſt naturalem ordinationem que vult vt inferiora ſuperioribus pareãt: anime autẽ celeſtis habetur origo corporis. i. terrena: ego eſtimo id eſt appretior ⁊ valere cenſeo: vitam ⁊ mortem eorum: ſcilicet qui ita viuunt: iuxta id eſt pariformiter ſine diſcrimine: quoniam ſiletur de vtraq;: non tamẽ quia ſiletur: ſed quod nihil memoratu dignuʒ effecerint. Uerum enimuero (que[l] cõtinuata eſt particula) id eſt ſed certiſſime demum: id eſt precipue aut vt vno verbo dicam quod valoris videtur mihi viuere: id eſt exercere actionem vitalem: ⁊ frui anima id eſt habere virtutem anime in delicijs in intentus id eſt firmiter occupatus aliquo negotio: vel ſubauditur in aliquo pro alicui dixit: vel quod potiſſimum credã more antiquorum dixit qui coniunctis prepoſitionibus quibus nunc ſepe datiuum damus ſuum caſum dabant vt herent infixi pectore vultus eneidos quarto vbi nunc dicerent infixi pectori. quocirca Cicero diſcrimen vitans prepoſitionem repetit: ac ſi dicat inherent in pectore vultus: quo more hic legi poſſet intentus in aliquo negotio: id eſt exercitio et occupatiõe publica preſertim cũ in otio ſint qui in magiſtratu nõ ſunt: que

Is ſolus viuere eſt mãdus q̃ preclarus aliqđ agit

Quod ſi regum atq; imperatorũ animi virtus in pace ita in bello valeret: æquabilius atq; cõſtantius ſeſe res humanæ haberẽt. Neq; aliud alio ferri: neq; mutari ac miſceri oĩa cerneres. Nã imperiũ facile his artibus retinetur quib⁹ in initio partũ eſt. Verũ vbi pro labore deſidia: ꝑ cõtinentia & equitate libido atq; ſuperbia inuaſere: fortuna ſimul immutatur cũ morib⁹ Itaq; imperiũ ſemper ab optimo quoq; ad minus bonum trãſfertur. Quæ homines arant: nauigant: ædificant: virtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti ventri atq; ſomno: indocti: inculti: vitã ſicuti peregrinãtes tranſierunt. Quibus profecto cõtra naturam corpus voluptati: anima oneri fuit: quorũ ego vitam: mortẽq; iuxta æſtimo: qm̃ de vtraq; ſiletur. Verũ enimuero is demum viuere atq; frui anima videtur: qui aliquo negotio intentus præclari facinoris:

Pđs prin cipia rerũ tori⁹ dimi diũ occu pare vidẽ tur. Uide ſes piger itare ſeſa reſipiſco qui ſedu litatem a deſidtare dir. Nã re in cõpoſi tione fre quẽtius ꝟbũ f cõ trariũ du cit acceptionẽ vt ſedormit: i. euigila.

Intẽtus aliquo. Regula.

rit.i.affectat aut adquirit:ſed melius querit:q2 olim eſt q̄rere idq; virtutis:paucorū eſt adquirere quod for-
tune eſt querit inquam famam facinoris.i.facti preclari id eſt pre ceteris clari et illuſtris:vbi notabitur faci
nus cōmune eſſe vocabulum tam boni q̄ mali dicitur enim a faciendo:aut artis bone:quia etiā male ſunt
vt venefice et leues vt ludicre. Itaq; omnes homines qui ꝛc.vt in prepoſitione quā apte hic repetere poſſe
mus. Sed natura oſtendit in magna copia rerū inter plurimas res preclare gerēdas alij.i.diuerſis homini
bus.aliud iter.i.diuerſum medium ꝛ mo
dum ꝑueniendi ad honorem. vnde be-
nefacere reipu.i. bene mereri de repu.
eſt pulcrum:etiā.i.inſuper benedicere
ſup.in repub.aut de repub.aut coꝝ ma
giſtratibus eſt haud.i.nō abſurdū.i.nō
indignum quod audiatur.immo p̄clarū
ꝛ auditu digniſſimū. Licet eſſi vel.i.etiā
pace.i.tpe pacis:aut reb⁹ gerēdis in pa
ce vl' bello.i.tpe belli aut reb⁹ gerendis
in eo:fieri.i.euadere et effici claꝝ:mlti
laudātur:ꝛ.i.ſimul qui fecere.ſ. p̄clarū
facinus ꝛ qui ſcripſere facta aliorū. At.i.
ſed tametſi haud quāq̄.i. nequaq̄ par
i.equalis:gloria ſequit̄.i. ꝓſequit̄ ſcri-
ptores ꝛ auctores ſcꝫ p̄clari facinoris:q2
multo preſtātior eſt auctor:tamen vide
tur quidem.i.certe mihi quicquid alijs
videatur eē ſup.arduū ſcribere:ſubau-
di decenter res geſtas. Primū.i.ob hāc
primā cauſā ꝙ i ſcribēda hiſtoria facta
ſunt exequēda.i.equiparāda:dict̄.i.ver
bis ipſis.ꝛ ita dictis erit ſeptimi nō dati
ui caſus:ſicut i bucco. Nec calamis ſolū
equiparas:ſed voce magiſtrū. Nā ſi ſen
ſus ſit exequēda.i.equali dignitate enū
tiāda verbis.i.vt ſunt verba:videret̄ cō
tra dicēdū:verba exequenda eſſe factis
Dehinc.i. ſecūdo loco vel ob ſecundam
cauſā:q2 pleriq;.i. plurimū putāt ea de
licta que tu reprehēderis i aliquo famo
ſo aut etiā aliquo illuſtri eſſe dicta.i.ex
cogitata ꝛ ſcripta a te maleuolētia ꝛ inui
dia.i.per maleuolentiam ꝛ inuidiā. Et
vbi.i.quādo vel quo loco tu memores.i.
mētionē facias de magna.i.incōparabili virtute atq; gloria bonorū quiſq; accepit equo aīo.i.ſine refragatio
ne audit ea que putat ſibi facilia factu.i.vt fiāt a ſe.i.que ipſe faciliter facere queat ducit.i.eſtimat ſupra ea q̄
ſ.ſibi facilia putat.i.ea q̄ ſupra vires ſuas audit pro falſis.i.tanq̄ falſa veluti ficta.i. excogitata a te ſcriptore
Sed ego adoleſcentulus. Bono (vt dixi) pede ꝑuenit ad ſtudiū ſuū.nā cū omni homini id cōnitendū ſit quo
ſe aliquādo vixiſſe teſtetur:cōgrue infert quo ſtudio ipſe vitā ſtuduerit trāſigere dicēs ꝙ p̄mū poſt literarū
ſtudia reipub.operā dabat cui benefacere pulcrū iā duxerat. Deinde q2 eius rectores fere corruptos inue-
nerat et multis vitijs irretitos ne coꝝ ſimilis euaderet conſultius duxit ab eorū conſortio diuerti.nō tamē
ad vitā inertē aut ruſticanā.ſed ad literarum ſtudia ꝛ potiſſimum ad res romanas carptim deſcribendas.
Unde catilinarium bellum auſpicaturus de ipſius catiline moribus pauca duxit prius explananda. Adule
ſcētulus admodum adoleſcens.q.d.in principio adoleſcentie.xiiij.anno :ſumpta iam virili toga qua aut ad
rempub.ad militiam aut ad opificium aliquod ſeſe applicabāt:antea vero bonis literis inſudabant. Dela-
tus:quaſi de ſua in non ſuam prouinciam lat⁹. Unde illud. Deferor hoſpes:animus inſolens.i.inſuetus. In
ſolens autem dicitur is qui facit preter ſolitum:vt in eunucho. Quid tu athenas inſolens.capiturq; hic i bo
num inſolēs malaꝝ artium:verū q2 in bona ciuitate ſolent hoīes honeſte ꝛ modeſte viuere:qui ſec⁹ faciūt
inſolentes dicuntur. Aſperno.fit prime cōſperno ſi tertie coniugationis. Imbecilla ꝛ imbecillis dicitur. Ab
reliquis venuſte ꝓponitur ab incipientibus ab l r i conſonāte:ꝛ interdū n ꝛ s fere a vocali inchoatis:vt ab le
ge:ab rege:ab ioue:ab domo:ab negotio:ab illo. Abs incipiētib⁹ a q ꝛ t abs quouis hoīe:abs quolibet: abs
te:abs tribuno. A ceteris conſonantibus. Cupido dum cupiditas feminini eſt generis:dum deus amoris ma-
ſculini. Otium d2 ceſſatio a negotio publico. Unde ſtudiū literarū ocium dictū eſt:quod Maro in compara
tione rei militaris in laudē impatoꝝ ignobile dixit ad finem geor. Ignobilis oci. Unde Scipio aphricanus
maior dicere ſolitus erat nunq̄ ſe minus ocioſum eſſe q̄ cum otioſus vt recitat ex auctoritate Cato. Cice.in
prefatione tertij officij. Is ergo dicitur vno modo ocioſus qui penitus ceſſat.alio modo qui munere publi-
co non eſt:licet in re priuata multum laboret. Ambitio cupiditas honoris:et magiſtratus.vt ſub ordine pa-
tebit qui talis eſt. Sed ego adoleſcentulus id eſt adhuc admodum adoleſcens delatus ſum id eſt traduct⁹
initio id eſt ſtatim a principio adoleſcentie ſumpta virili toga:ſicut pleriq; id eſt plurimi mortaliū id eſt alio
rum hominū ſupple delati ſunt a ſtudio:ſcꝫ literarum ac liberalium artium ad rempu.id eſt ad reipu.admi
niſtrationem:ꝛ multa aduerſa.i.contraria preſertim bonis moribus ꝛ integre vite fuere ibi.i.in repu.ſeu in
adminiſtrationibus eius.nam audacia.i.temeraria vltra vires conatio vigebat ſup.ꝓ pudore.i. ꝓ verecun
dia illa qua veremur attentare quod turpe ſit an viribus noſtris impar ꝛ largitio.i. ꝓfuſio reꝝ ſuarū captā
di honoris gratia (vnde largitio fere dicit̄ captioſa vbi per ambitum largimur) largitas liberalis ſup.vige-

aut artis bonæ famam quærit. Sed in magna copia re
rum aliud alii natura iter oſtendit. Pulcrum eſt bene
Facere reipublicæ. Etiam bene dicere haud abſurdū
eſt vel pace vel bello clarum fieri licet: & qui fecere:
& qui facta aliorum ſcripſere: multi laudantur. At
mihi quidē tametſi haud q̄q̄ par gloria ſequitur ſcri-
ptorem & auctorem. tamen imprimis arduum vide-
tur res geſtas ſcribere. Primum ꝙ facta dictis exe-
quenda ſunt. Dehinc quia pleriq; quæ delicta re-
prehenderis maleuolentia & inuidia dicta putant.
Vbi de magna virtute atq; gloria bonorum memo-
res quæ ſibi quiſq; facilia factu putat equo animo
accepit. Supra ea veluti ficta pro falſis ducit. Sed
ego adoleſcentulus initio ſicuti pleriq; mortales a
ſtudio ad rempublicam delatus ſum: ibiq; multa ad-
uerſa fuere: Nam pro pudore: pro abſtinentia tamen

Querere eſt virtutis adquirere fortune: illud olim ē id paucorum.
Facinus.
Dictis ex
Vult Tubero prio hyſt. ſcr. Tulliū re gē po. ro. claſſes inſtituentē pueros eſtimaſſe q̄ miores cēntſeptē deci ānis alios milites ſcripſiſſe hos q̄ iuniores appellaſſe. B au lus gel. x. noc. atti. c. xxix.
Inſolens
Ab in ꝓpoſitione.
Cupido.
Otium.
Ordo
Pudor
Largitio
Prodigalitas oīa ꝓfundit. largitio ꝑ'a. iſtare nacior et faſtuoſior ſed illa ignauior.

bat.i.ſ orebat ꝛ erat in vigore pro abſtinentia.ſcʒ honorū ꝛ magiſtratuum quib⁹ indigni erant vbi eum pu‑ſci romani ſolebant abſtinere a gradu altiore ꝙ digni videbantur: nunc per largitionem oīa inuadebant ꝛ auaritia vigebat pro virtute.i.ꝑ fortitudine animi qua pecuniam deſpicimus ꝛ oia que nobis idigna ſunt aut pro virtute liberalitatis ꝛ iuſtitie qua boni viri ꝛ virtute prediti dicimur. Poſſumus cum textu cōiūctis dicere.nam audacia larg.aua.vigebant pro pudore ꝛc.ſed reddēda ſunt ſingula ſingulis. Que ſcilicet vitia tametſi id eſt ꝙꝙ anim⁹ ſubaudi cuiuſ libet bene inſtituti inſolēs: id eſt iſuet⁹ malarum artium: quia liberaliter inſtitutus et bonis artibus imbutus (vnde patet ꝙ vtile ſit a teneris vnguiculis virtuti aſſueſcere. Quia prima queꝙ tenaciſſime inherent. Uñ eſt illud Flacci in epiſtolis. Quo ſemel eſt imbuta receno ſeruabit odorem Teſta diu. Et apud Juuenalē ſatyra decimaquarta. Tota ſanit mihi turpe faciendum ante pueros paternorū morū maxime ſequaces. Dicit enim. Sic natura iubet.velocius et citius nos Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica: magnis Cum ſubeāt animos auctoribus. Jtēʒ abſtineas igitur damnis huiuſce: etenim vel vna potens ratio eſt ne crimina noſtra ſequantur. Et nobis genitū quoniaʒ dociles imitādis. Turpib⁹ ꝛ prauis omnes ſum⁹ ꝛc.) aſpernabatur id eſt deſpiciebat ꝛ cōtennebat.tamen etas imbecilla id eſt fragilis et rerum imprudens tenebatur inter tanta vitia. i. cum conuerſaretur inter tot vitioſos: corrupta id eſt fracta ꝛ violata: ambitiōe id eſt cupiditate honorū ꝛ magiſtratuum. At id eſt ſed: cuʒ id eſt ꝙuis ego diſſentirem ab reliquis moribus malis id eſt vitioſis: nihilominus.i. non minus tamen eadem cupido id eſt auiditas honoris que vexabat.i.vehemēter impellebat ꝛ torquebat: ceteros ſcʒ adoleſcētes: fama id eſt amore fame adquirēde: atꝙ inuidia.i.inuida emulatione ꝙ alter preſtantior haberetur: vexabat ſup.me. Jgitur.vbi.i.poſtꝙ animus ſup.meus ſatiatus ꝛ non amplius tali cupiditate vexat⁹: requieuit ex multis miſerijs ꝛ periculis. i. poſt mītas miſerias ꝛ pericula quas ꝛ ꝗ honoris ꝛ fame gratia obiueram. ꝛ vbi ſup.decreui id eſt cōſtitui firmiter reliquam etateʒ habendaʒ ſup.eſſe mihi procul a repu.

inter tanta vitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur: At me cum reliquis malis moribus diſſentirem nihilominus honoris cupido eadem quæ cæteros fama atꝙ inuidia vexabat. Igitur vbi anim⁹ multis miſeriis atꝙ periculis requieuit & mihi reliquam ætatem a republica procul habendam decreui non fuit conſilium ſecordia atꝙ deſidia bonum otium cōterere. Neꝙ vero agrum colendo. aut venando: ſeruilibus officiis intentum ætatem agere: Sed a quo incepto ſtudio me ambitio mala detinuerat: eodem regreſſus: ſtatui res geſtas populi romani carptim (vt quæꝙ memoria digna videbantur) perſcribere: eo magis ꝙ mihi a ſpe: metu partibus reipublice anim⁹ liber erat. Igitur de catilinæ coniuratione quam breuiſſime potero paucis abſoluam Nam id facinus imprimis ego memorabile exiſtimo ſceleris nouitate atꝙ periculi. De cuius hominis moribus pauca prius explananda ſunt ꝗ initium narrandi faciam.

i.ab adminiſtratione reipu.non fuit conſiliū.i.non viſuʒ eſt mihi cōſultū id eſt vtile ac honeſtum cōterere.i. cōſumere paulatim otiū bonū.i.gratū ꝛ quo bñ vti poſſeʒ ſecordia.i.ſeorſum a corde.i.vigilia ꝛ prudētia hoc eſt inertia ꝛ torpore atꝙ deſidia.i.nimia ſeſſione ꝛ pigritia. Neꝙ vero ſubaudi ꝯſiliū fuit me ſup. colēdo agrū ꝛ venādo.i.talia exercēdo itēꝝ officijs ſeruilib⁹.i.nō liberalib⁹ ꝗ mechanica vulgo dicūt agere etatē ſcʒ.reliquā ſʒ ego regreſſus eodē.i.ad idē ſtudiū īceptū a ꝗ ſtudio īcepto ambitio.i.cupido honoris ꝛ fame. mala.i. pernitioſa detinuerat id eſt diuerſum tenuerat: aut deſtinauerat id eſt longe deductum tenuerat. ſtatui perſcribere.i.vſꝙ ad finē deſcribere: carptim.i.particulatim decerpēdo quālibet particulam res geſtas populi romani: vt.i.ſʒ ꝙ queꝙ.i.ꝗlibet geſta videbātur digna memoria vt memorētur ſi legerent digne: tunc queꝙ ꝯgrueret cū antecedēte res geſtas. Sane pueris adnotāda eſt elegātia illi⁹ ſermonis. A quo incepto ſtudio me ꝛc.ꝑ hāc rāʒ. Quoties relatiuū cū ſuo determinabili ac ꝟbo ꝑcedit antecedēs: ita vt ab eodē regi videāt erūt eiuſdē caſus.vt ibi grāmatic⁹ diceret ego regreſſus ad idē ſtudiū īceptū a ꝗ ābitio ꝛc.dicit elegantior a ꝗ incepto. Jtē notabit peritior ꝗſꝙ vbi diuiſim cōſtruit nō ſemꝑ ſuplatiuū hēre.vt hic. Ut ꝗꝙ videbatur digna vbi valla diceret digniſſima ꝛ eo.i. tāto aut ob id magis ſup.id ſtatuitꝙ.i.qꝛ anim⁹ ſup.me⁹ erat mihi libera ſpe.ſ.cōmodi obtinēdi: ꝛ a metu.ſ.mali obuēturi: ꝛ partib⁹.i.diuiſionib⁹ ac ſeditionib⁹ reip. Paucis vt vbiꝙ multa dicit: nā omnis vias affectionū percurrit: aut enim nobis aut noſtris afficimur: nobis quia aut ſperamus aut metuim⁹ noſtris: qꝛ eos cōtra aduerſarios fouem⁹. Jgitur quia ita ſtatui ego abſoluam paucis.i. enodabo breuiter res geſtas: ꝙ id eſt ꝙtum potero veriſſime: quia veritas primo requirit in hiſtoria de cōiuratione catiline: ſ.ʒ in libertatē romanam occupādam. Nā ego exiſtimo: id eſt iudico id facinus.id eſt eā coniurationem: memorabile.id eſt dignum memoratione: imprimis: id eſt ꝑter cetera facta. nouitate: id eſt propter nouitatem ſceleris: quia in patriam peccare ſceleſtiſſimum eſt: atꝙ periculi quod omnib⁹ bonis iminebat de cuius hominis ſcilicet catiline moribus ſunt quedam explananda prius ꝗ faciam initium narrandi id eſt recitandi principalem hiſtoriam de coniuratione eius.quo dicto reddit lectores attentos.

ſʒ mediū liberalitas obtinuitꝙ cui quo vetē poteʒ ꝗtū ꝛ qualiter cōſpicit. Philoſophus anima eſt tāꝗ tabula raſa in principio ſue creatiōis.

Alias ſocordia. id eſt ignauia vñ ſocordes ab antiquis dicti agni ꝗ poſt kalēdas augusti conciperētur

Regla de ꝯſtantis.

Lucius Catilina. Quia facinus Catiline dixit imprimis memorabile proſequitur eius indolem & mores: vnde profectum eſt. Sane in principio notanda eſt pueris hec regula. Nomina & pronomina ſubſtantiua venuſte regunt ablatiuos importantes partem aut proprietatem idq; median‑te adiectiuo laudis vel vituperii: intercedente nonnunq; verbo ſubſtantiuo: ſed ſi propria fuerint nomina ſubaudiētur appellatiua: vt hic Luci⁹ Catilina fuit: ſubaudi vir nobili gñe. Idē fit in genitiuo vt in euāge. Modice fidei quare dubitaſti. Et p pnomē. vt apō Boe. Illa vultu placito ſubaudi exñs. Ordo igit̃ hic eſt Luci⁹ ſic pnolat⁹ q; pm⁹ et⁹ pnominis luci hoc ē oriēte luce fit nat⁹. Catilina qō illi⁹ viri ppriū ē nomē ſicut Catharina mulieris fuit ſup. vir (lȝ nō neceſſario exprimat̃) genere. i. pgenie nobili: qz patritia vtpote cornelia: vñ Cicero ppter ignobilitatē nouum hominē appellauit & q; edis alienas incoleret inquilinū vt author eſt Appianus de bellis ciuilibus lib. ii. Et fuit magna vi. i. habuit magnā vim ai & corpis: ſȝ fuit ingenio. i. idole. malo. i. malignoz et prauo. i. deprauato per malos mores: qz bella inteſtina. i. ciuilia que fiūt inter cōciues & qui ſunt in vna vrbe: vt inteſtina in vno ventre gerūtur autē bella etiā ſub mutua depredatiōe: vñ vt cruēta ſignificet addit cedes. i. occiſiōes. trucidationes: rapine. i. violēte rerum ablationes & diſcordie ciuiles. i. factiones & ſeditiones fuere huic. ſ. hoi: grata. i. accepta quaſi vtilia ab adoleſcentia. i. ab ea tēpeſtate qua primū exceſſit ephebis & factus eſt vt dicunt ſui iuris dū nō amplius etiā; metus magiſter phibebant & exercuit ibi. i. in illis nephādis facinorib⁹ iuuentutē. i. aut ſequētē illā etatē: que iuuētā dr aut veri⁹ multitudinē iuuenū romanorū vt nō fuerit cōtētus maleficio ſuo niſi multos alliceret in fraudē. Corpus ſupple fuit illi patiēs. i. tolerās inedie. i. abſtinentie ab eſca: ita vt nihil comedēdo diu durare potuerit: vñ pl⁹ eſt habere corpus patiens inedie q; famis: quia multa cōſuetudine induci pōt vt induret ita vt inedia famē grauē nō afferat: fames aūt ſemp moleſta eſt: & patiens



LVcius catilina nobili genere fuit: magna vi animi: et corporis: ſed ingenio malo prauoq;. Huic ab adoleſcentia bella inteſtina: cædes rapinæ diſcordia ciuilis grata fuere: ibiq; iuuentutem exercuit. Corpus patiēs inediæ algoris vigiliæ ſupra quam cuiq; credibile eſt. Animus audax ſubdolus varius cuiuſlibet rei, ſimulator: ac diſſimulator: alieni appetens ſui profuſus ardens in cupiditatibus ſatis eloquentiæ ſapientiæ parum vaſtus animus immoderata: incredibilia: nimis alta ſemper cupiebat. Hunc poſt dominationem Lucii Syl‑

algoris. i. gelidi frigoris ab algeo: ſicut inedia ab in qō hic priuat & edo es eſt componitur: & patiēs vigilie. i. vigilationis: ſupra. id eſt vltra q; credibile eſt cuiq;. i. alicui. Animus ſup. erat illi audax. id eſt temerari⁹ aſſidue oia audens ſubdolus. id eſt fraudulēter tectus ſub quō latebat dolus varius. i. mltiplex ita vt cognitu fuerit difficilius: ſimulator cuiuſlibȝ rei. i. potens ſimulare. i. ꝓ ſe ferre ac oſtare eē quālibȝ rē q̄ nō erat & diſſimulator cuiſlibȝ rei. i. potēs fingere quālibȝ rē nō eē q̄ tñ erat. vñ ſimulam⁹ ea q̄ nō ſūt eē. & diſſimulam⁹ ea q̄ ſunt nō eē: vñ vir ex natura leī⁹ ſimulat dū caſtigat irā: vir iracūd⁹ dū lenū cōuiuā agit diſſimulat irā. appetēs alieni. ſ. bōi & pfuſus q̄ſi pfuſor capit̃ eñi hic actiue: ſui. i. ppriī bōi. i. eñi plerūq; accidit: vt q̄ aliena rapiūt ſua diſpdāt: ita vt auari fiūt pdigi p diuerſis. Ardēs. i. nimis feruēs & vehemēs in cupiditatib⁹. i. ad res pcupitas Satis loquētie. i. dicacitatis & ſmōis ſup. fuit illi. ſȝ parꝫ prudētie. Anim⁹ ſup. ei⁹ exñs vaſt⁹. i. valde āpl⁹ & capax cupiebat ſp īmoderata: icredibilia & nimis alta. i. ſublimia. Huc poſt oñationē. L. Sylle. Oñdit q̄ parto anim⁹ ille audax auſo potit⁹ ſit: vtpote exēplo. L. Sylle. De q̄ Ci. offi. ii. Nr̄i magr̄at⁹ imparoreſq; & hac vna re maximā laudē cape ſtudebāt: ſi pnincias. ſi ſocios eq̄tate & fide defēdiſſent. Itaq; illō patrocinū orbis terreveri⁹ q̄ īperiū poterat noiari. Sēſim hāc ꝯſuetudinē & diſciplinā iā ātea minuebam⁹: poſt vo Syllevictoriā penit⁹ amiſim⁹: deſitū ē ei videri q̄cq̄ i ſocios iniquū cū extitiſſet etiā i ciues tāta crudelitas. hec ille. De q̄ crudelitate mirāda apō Plu. & appia. Alioſq; legūt. Nā ſylla recupata repu. & oppreſſis marianis pulcerrimā victoriā crudelitate maria īq̄nauit: octo milia deditiorū iuia publica trucidauit: tabulā pſcriptiōis poſuit: vrbē ac totā italiā cedib⁹ repleuit. Plu. ait. Sylla ꝯtionē habēte i ede bellōe: ſeptē milia romanorū extra tēplū trūcata ſūt: & excitato ſenatu ad gemit⁹ eorū hoc (inqt ſylla) agam⁹ pr̄es ꝯſcripti. Pauculi ei ſūt ſeditioſi q̄s puniri iuſſi. Pat⁹. lxxx. pſcripſit: vno iteriecto die ducētos acviginti alios adiecit. deiñ tertio nō pauciores rurſ⁹ adiūxit: ītoi ittq; ſe de nouo pſcripturū eos quorū tūc eēt oblit⁹. Et q̄ pſcripti & excepiſſet ſalutiq; et⁹ ꝯſuluiſſet mortē ppoſuit nō patrē: nō filiū: nō ppiq̄s excepit. Apianus ſcribit ſyllā. xl. ſenatores eq̄tes mil let ſex cētos ad mortē ꝯdēnaſſe. Tādē āt lȝ ſero iuſtas dedit penas: nā ad eñi fetorē ex pȝthiria ſic corp⁹ ei⁹ duenit: vt pediculi abſumeret. vñ Señ. Sȝ q̄ſi nō pauet pherecidis fata tragedi. Qui nimio ſudore fluēs alalia te tra Edurit turpi miſerā morte tulerit. Syl. cheſilip tali lāgore pes⁹ corruit & fedo ſcedit ab agmie vicit &c. Syl. tū oñatio mltos luitauit. vñ illō Iuue. ſaty. ii. In tabulā ſylle ſi dicāt diſcipli tres. Sȝ ne plurior ſim. Ordo ē

Regula p pueris

Lucius Catilina.

Ordo.

Vaſt⁹ q̄ſi ſtās vag⁹

Bellūȝ inteſtinuȝ

Excedere ephebis. eſt a puero in adoleſcētē ꝓficiſci

Inedia e ſuo eſt cōtinentia necq; hāc vſu hȝ famereo icē dus?ia tñ q̄ fame ꝓmitit̃ inedia paulo dubio. i. qō patit̃ ecōtra p edia com meſſatio

Senſim paulatim

Sylle ſenicia.

Pēſi hr̄e magnipēdere diffici ile eſtiare idem.

Sylle mors.

Pereſus conſumptus.

læ libido maxima inuaſerat. reipublicæ capiundæ: neqꝫ id quibus modis aſſequeretur: dum ſibi regnū pararet: quidquam penſi habebat. Agitabatur magis magiſqꝫ in dies animus ferox inopia rei familiaris: et conſcientia ſcelerum. Quæ vtraqꝫ his artibus auxerat quas ſupra memoraui. Incitabāt præterea corrupti ciuitatis mores quos peſſima: ac diuerſa inter ſe mala: luxuria atqꝫ auaritia vexabat res ipſa hortari videtur (quoniā de moribus ciuitatis tempus) admonuit ſupra repetere: paucis inſtituta maiorū quomodo domi militiæqꝫ: rempu. habuerint: quantāqꝫ reliquerint vtqꝫ paulatim immutata ex pulcerrima & optima peſſima ac flagitioſiſſima facta ſit differere.



VRbem romam (ſicuti ego accepi) condidere atqꝫ habuere initio Troiani: qui Aenea duce profugi ſedibus vagabantur incertis. Cumqꝫ his aborigenes: genus hominum agreſte: ſine legibus: ſine

Maxia libido .i. mala volūtas ⁊ auidi: as capiūde reip. .i. vt capiat ⁊ occupet rēpu. inuaſerat. hūc. ſ. Luciū Catilinā poſt oñationē ſuperbā ⁊ tyrānicā gubernationē Luci Sylle illius patritij qui cōtra mariū pro repu. bellū vt dictū eſt geſſit. Neqꝫ Catilina: habebat quicꝗ penſi .i. excogitati aut cōſiderati ſeu eſtimati. nā qui iuſta lance penſitant pretioſa iuſta eſtimant: vnde galli penſare dicūt pro, eo ꝙ eſt excogitare ⁊ alio verſare quibus modis aſſequeref id. ſ. qd volebat ſcꝫ oñationē. dum .i. dūmodo pararet .i. adquireret regnū quod poſt exactos reges nemo parare ſibi audebat in ciuitate libera. Animus catilineferox agitabatur ad illud nefas in dies magis .i. in ſingulos dies magis magiſqꝫ: inopis .i. propter inopiā rei familiaris .i. domeſtice quā nequiter abſumpſerat cū eſſet pfuſus ſui: ⁊ pſciētia ſcelerū qꝛ diu ex rapinis vixerat: vñ verebatur niſi rēpu. occupet ſe ad ſupplicū poſſe repoſci. Que ſcꝫ duo videlicet inopiam rei familliaris ⁊ conſcientiā ſcelerū ipſe auxerat his artib⁹ ſcilicet malis quas memoraui ſupra illic. Huic ab adoleſcentia ⁊c. Preterea .i. preter propria ipſius vitia: mores corrupti ciuitatis. ſ. romane icitabāt ſupple eos quos luxuria ⁊ auaritia appoſitoꝛie peſſima ac diuerſa quia oppoſita inter ſe vexabant .i. vehementer tētabāt: hoc eſt ceteros perditos iuuenes niſi dicamus mores incitabāt catilinā quos ſcꝫ mores luxuria ⁊ auaritia appoſitoꝛie diuerſa inter ſe mala vexabant id eſt titilabāt ⁊c. Res ipſa hortari. Facit digreſſionē ad mores priſcorū romanorū deſcribendos quod ne inepte feciſſe putetur rationē affert dicēs. Res ipſa. id eſt opoꝛtunitas ex ante dictis nata videt hortari (qm̄ tēpus .i. pñtis tēporis qualitas ac diſpoſitio admonuit .i. mētionē fecit de morib⁹ ciuitatis. ſ. romane) repetere ſupra .i. altius vtpote a primordijs vrbis ac differere .i. recitare paucis ſup. verbis: inſtituta .i. ad mores. maioꝛum ſupple noſtrorū .i. priſcorū romanorum quō .i. quo pacto ⁊ quibus artibus habuerint. id eſt cōparauerint rempu. domi. ⁊ militie .i. in pace ⁊ bello ⁊ quantā. id eſt quātū magnam relinquerint: de cuius immenſitate dicit liuius in prefatione ſic. Que ab exiguis profecta initijs eo creuerit vt iam magnitudine laboret quaſi dicat vt ſeſe iā ſuſtinere nō poſſit. Et vt. id eſt quemadmodū reſpu. romana imutata paulatim. id eſt paulotenus: quia vt dicit Iuue. ſatyra. ij. Nemo repente fuit turpiſſimus: facta ſit peſſima ac flagitioſiſſima. id eſt flagitiorum pleniſſima: ex pulcerrima ⁊ optima id eſt vbi prius fuerat pulcerrima et optima: quia illud propriuꝫ creditum eſt romanorum vt rempublicam. ꝙ optime regant. vnde eſt illud eneidos ſexto. Tu regere imperio populum romane memento. Hę tibi erunt artes pacīqꝫ imponere morē. Parcere ſubiectis et debellare ſuperbos. Et Cicero. in principio tuſculanarum. Meum iudicium ſemper fuit omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius ꝙ grecos: aut accepta ab illis feciſſe meliora: que quidem digna ſtatuiſſent in quibus elaborarent. Nam mores vite reſqꝫ domeſticas ac familiares nos profecto et melius tuemur et lautius. Rem vero publicam noſtri maiores certe, melioribus temperarunt et inſtitutis et legibus ⁊c.

VRbem romam. Facta digreſſione rome conditores ⁊ habitatores eorumqꝫ mores percurrit. Bene autem dicit: ſicuti ergo accepi: quia varia et incerta eſt de rome conditoribus opinio. Unde Landinus ad principium eneidos. Quo tempore roma condita ſit et quare roma vocata mira inter ſcriptores varietas apparet: frequēs tamē opinio eſt illā conditā a romulo ⁊ remo anno primo ſeptime olympiadis: anno aūt poſt captū iliū ſcdo atqꝫ trigeſimo ſupra trecēteſimū regnāte athenis charopo. Cephalō aūt gergethi⁹ vetuſtiſſim⁹ ſcriptor illā cōditā ponit ſcdā etate poſt troianū bellū ab his ꝗ exilio euaſi ſūt a romo enee filio. Idē pene demagoras ⁊ Agatil

differere enarrare a quo differt⁹ paulocio quēre iſte rior eius frequēta. diſerto a quo diſertabūdus diſerte ſecunde qd priſci diſertim.

ambroſi⁹ petiū mole ſua trahi i aliō.

Romanorū i repu. pſtantia. Rome cōditores ꝗ fuerit opinione ſvarie.

lus poſuit. Alij aſſerunt eneam (qui ex molloſis venit poſt vlyſſem) romam condidiſſe: et eã ab vna ilienſium mulierum que roma dicebatur romam denominaſſe. Hec enim troianas mulieres vt naues incenderent hortata eſt: errores grauiter ferens. Ariſtote. philoſophus ſcribit achiuos quoſdam trois reuectos tempeſtate in italiam compulſos eſſe: ꝛ cũ his exacta hyeme inde enauigare decreuiſſent: tamen combuſtis nauibus ab his quas captiuas abduxerant mulieribus conſilium neceſſitate impellente immutaſſe ꝛ romam cõdidiſſe. Callias refert romam troianam mulierem que cũ alijs troianis venerat nupſiſſe latino aboriginum regi eiuſqꝫ deinde filios vrbem condidiſſe: ꝛ a matre denominaſſe. Xenagoras hiſtoricus refert vlyſſi ex Circe tris filios fuiſſe Romum Antium ꝛ Ardeam qui tris vrbes condidere et conditas a ſe denominare. Dio. calcidicẽſ. romum quidem cõditorem ait fuiſſe ſiue aſcanij ſiue emathionis filius fuerit. Alij volunt romam cõditam fuiſſe a romo itali filio. Hec igitur greci ſcribunt. Ex romanis autem nullus ſcriptor vetuſtus eſt: ſed ex vetuſtis ſermonib⁹ ſeruatis in ſacris tabulis nonnulli ſumũt enee filios fuiſſe remum ꝛ romulum rome cõditores. Alij ex enee filijs illos natos dicunt ꝛ latino obſides datos atqꝫ ab eo ſine filijs decedente heredes regni relictos. Alij dicunt aſcanium ſucceſſiſſe: ꝛ cum fratribus regnum diuiſiſſe: ipſumqꝫ albam et alia oppida. Remum vero capuam a proauo capy. Anchiſem ab anchiſe ꝛ eneam (que poſtea ianiculum eſt vocata) a patre: a ſe vero romã denominaſſe. Hec quodam tempore fuit deſerta. ſed ſequentibus deinde temporibus aduentantibus colonis: quos albani ſub remo ꝛ romulo duce miſerunt antiquam conſtitutionem reſumpſit vt duplex fuerit conſtitutio: altera paulopoſt res troianas: altera quindecim etatibus inferior. Anthiochus ſiracuſan⁹ tertiam cõſtitutionẽ ponit multo antiquiorẽ regnante in italia morgete. Solinus refert euandrũ cum italiã veniſſet oppidum ibi in mõte inueniſſe. quam valentiam latini appellauerant: ipſe ergo hanc ne nomẽ immutaret Romam greco vocabulo dixit. Uerius tamen putant a Romulo conditam romam: eaqꝫ quadrata dicta eſt eo ꝙ equilibra foret poſita. Incipit a ſylua que eſt ara apollinis ꝛ ad ſupercilium ſcalarum caci finitur. vbi tugurium fuit fauſtuli quo manſit romulus qui rome auſpicato fundamenta geſſit duodeuiginti natus annos. xi. kalendas maias hora poſt ſecundam ante tertiam vt ait Lucius taruntius mathematic⁹ nobiliſſimus. Ioue in piſcibus: ſaturno venere marte ꝛ mercurio in ſcorpione. ſole in tauro luna conſtitutis. Dies illa parilia habet. Obſeruatumqꝫ eſt deinceps nequa hoſtia cederet parilibus: vt dies ille a ſanguine purus eſſet. Hec Landinus. Notum eſt aũt quid liuius ſcribat libro primo decados prime. ꝛ quid Maro enei. i. qui romulum ex munitoris vltimi Albanorum regis filia Ilia rhea nomine ꝛ ex matre genitum ferunt: vrbis conditorẽ. In octauo tamen videtur idem aſſerere quod Solinus dicens. Tum rex euãder romane conditor arcis ⁊c. vt ſtatim dicam. Ordo cum reliqua explanatione eſt. Troiani ſicuti. i. quemadmodum ego accepi. i. intellexi aut cognitionem accepi a priſcis ſcriptoribus: condidere id eſt condiderunt et conſtruxerunt: initio. i. ſtatim a principio: atqꝫ habuere id eſt tenuerunt in poſſeſſione: vrbem romam ſcilicet nomine cum vrbs per excellentiam dicatur: ab vrbo parte aratri ſcḋm Seruium. Eſt aũt appoſitio: vrbem romã: qui. ſ. troiani vagabantur. i. in diuerſas regiones oberrabãt ſedib⁹. i. manſionibus firmis vt eneid. ſ. Sedes vbi fata quietas oſtendãt illic fas regna reſurgere troie incertis. i. dubijs: vt enei. iij. Auguriis agimur diuũ ⁊c. Incerti quo fata ferãt vbi ſiſtere detur: exiſtẽtes pfugi. i. pcul a patria fugiẽtes: enea filio anchiſe ꝛ veneris duce. i. ductore eorum. Et aborigenes. i. populi italie antiquiſſimi qui ex italia oriundi nõ habuerunt aliunde origenes: appoſitio: ꝛ eſt genus hominum agreſte. i. in agris degere ſolitum: ſine legibus. ſ. ſcriptis et ſine imperio exiſtens liberũ atqꝫ ſolutũ. ſ. legibus ſup. condidere atqꝫ habuere in initio romam: cum his ſ. additis enea ꝛ ſocijs eius. vnde maro enei. viij. Tũ rex euander ro. con. arcis Hec nemora indigene fauni nymphequ tenebant. Genſqꝫ virũ truncis ꝛ duro robore nata. Quis neqꝫ mos neqꝫ cultus erat nec iungere tauros. Aut componere opes norãt aut parcere parto ⁊c. vbi ꝛ ipſe ſicut iam prius tetigi ipſius Solini i de memorabilibus mundi de conditoribus vrbis ſequitur opinionem: niſi dicamus conditorem arcis romane quia palantei licet illic arx non fuerit: hi ſcilicet profugi troiani et aborigenes poſtꝙ conuenere in vna menia id eſt in vnius vrbis munimenta. Notabis autem puer tunc vnum rite habere pluralem numerum quando ſubſtantiuum eius ſingulari caret vt vnos codicillos: vnas literas: vna menia cõuenire dico exiſtentes genere diſpari: q2 alij a troia oriundi: alij ab italia ꝛ ita diuerſis partib⁹: licet maro doceat dardanũ authorem generis troiani ex italia ortum traxiſſe ꝛ lingua diſſimili: q2 alij troiane: alij latine aut grece loquebantur. viuentes alij alio more. i. diuerſi diuerſis inſtitutis quia quot patrie tot dicuntur inſtituta et mores eſt incredibile dictu. i. dum dicitur aut ad dicendum ꝙ. id eſt quantum facile. i. faciliter: coaluerint. i. cõſolidati ſunt in corpus vnius ciuitatis ſimilitudine morum. Sed poſtꝙ res. i. fortune ꝛ diuitie eorũ ſcȝ populorum predictorum aucta moribus ciuilibus. i. propter mores ciuiles quibus componere opes ꝛ parcere parto dedicerant: agris. i. agrorum poſſeſſione videbatur ſatis proſpera ꝛ ſatis pollẽs. i. potẽs ꝛ valens inuidia. ſ. vicinorum ꝛ circũiacentiũ populorum eſt orta ex opulentia. i. propter opulentiã: ſicut pleraqꝫ. i. plurime res mortaliũ habentur: q2 fere pſperã fortunã ſequit inuidia. Igit q2 inuidia orta erat reges et populi finitimi. i. in confinio habitãtes: tentare ſup. ceperant ſubaudi eos bello. ꝛ pauci ex amicis. i. pauci amicorum ſupple ceperunt eſſe auxilio. i. in auxiliũ: aut dicamus hic hiſtoriographorum regulam eſſe qua infinitiuos pro imperfectis indicatiui in rebus narrandis ponunt: vt ſunt tentare pro tentabant: ꝛ eſſe pro erant. Ideo autẽ pauci erant auxilio: nam ceteri ſcilicet amici perculſi metu. i. timore regũ et populorum inſurgentiũ contra roma

imperio: liberum: atqꝫ ſolutum. Hi poſtꝙ in vna mœnia cõuenere diſpari genere diſſimili lingua alii alio more viuentes incredibile eſt memoratu ꝙ facile coaluerint. Sed poſtꝙ res eorum ciuilibus morib⁹ agris aucta ſatis proſpera ſatiſꝙ pollens videbatur (ſicuti pleraqꝫ mortalium habentur) inuidia ex opulẽtia orta eſt. Igit reges populiqꝫ finitimi bello tentare: pauci ex amicis auxilio eſſe. nã cæteri metu pculſi: a pculis

Ser. etiã plura de his tractat ſuper eo paſſu.

Sedes vbi fata quietas.

Rome ſitus.

Parilia.

Vna menia coaluerint ꝙ ſi ꝯualuerint.

Finitim⁹ quaſi finib⁹ intim⁹ ꝟ vicin⁹ ꝺ nõ concluſo.

Inuidia ei dolor ẽ aliene pſperitatis.

Regula hiſtoriographorum

Perculſi

aberant. At romani domi: militiæq; intenti feſtinare: parare: alius alium hortari: hoſtibus obuiā ire: libertatem: patriam: parenteſq; armis tegere. Poſt vbi pericula virtute propulerant ſociis atq; amicis auxilia portabant: magiſq; dandis q̄ accipiendis beneficiis amicitias parabant. Imperium legitimum nomen regium habebat. Delecti quibus corpus annis infirmum: ingeniū ſapientia validum erat reipublice conſultabāt: hi vel ætate vel curæ ſimilitudine patres appellabant. Poſt vbi regiū imp̄iū qđ initio conſeruādæ libertatis: atq; augendæ reipu. cauſa fuerat. in ſuperbiam dominationemq; ſe cōuertit inmutato more: ānua imperia binoſq; imperatores ſibi fecere. Eo modo minime poſſe putabāt per licentiā inſoleſcere animum humanū. Sed ea tempeſtate cœpere ſe q̄ſq; magis extollere: magiſq; ingeniū in prōptu habere.

nos: aberant a periculis ſcilicet imminentibus. At. i. ſed romani intenti: ſcilicet negotiis ſuis: quia res eos propius vrgebat: feſtinare. i. feſtinabant: ⁊ parare. i. parabant: hoc eſt comparabant: aut diſponebant domi. i. in ciuitate ſua: ⁊ militie. i. foris in bello. Ubi domi et militie ponuntur pro aduerbiis in loco abſolute in genitiuo more propriorum nominū loci minorum: non q̄ certa domus per militiam ſignificabatur vt nōnulli ſomniauerunt. nam vbicunq; bellabatur militia erat a militibus dicta: ſed quia locus habitationis quiete per domi: ⁊ exercitij militaris p̄ genitiuum militie ſignificabatur: ⁊ ali⁹ ſcilicet romanorum hortari. i. hortabatur alium non dicit alter alterum: quia de multis loquitur poterat enim vnus multos cohortari: ⁊ ire id eſt ibant hoſtibus obuiam non expectantes donec obſiderentur ſpoliatis iam agris: et tegere. i. tegebant armis libertatē q̄ nulli tributa pendebant: ⁊ patriā. ſ. ſuam: in qua iam plurimi aut fere oēs nati erāt. Patria enim eſt in qua patrati ſeu geniti ſumus: et parētes propter ſenium ad arma iam inutiles. Poſſet forte coniunctim legi libertatem patriam. id eſt ipſius patrie hoc eſt vrbis rome que illic natis patria erat. Juſti autem belli cauſa potiſſima eſt penates: patriam: parētes coniuges ac liberos defendere. Unde fere in contionib⁹ liuianis duces cohortantur milites ſuos vt bellaturi eorundem meminerint. Poſt vbi. Graphice proſequitur virtutem romanorum: que narratio id ſaltem boni habet q̄ oēs ſiue ſeuere ſiue amanter priſcos romanos commendat ceteros reipublice rectores quales eſſe debeant p̄ſcribit. Bonum autem ſeruat ordinem. Nam ſurgenti imperio prima cautio fuit inimicos propulſare atq; deijcere: quib⁹ ſtantibus tutum eſſe: non poterat. Deinde vt perpetue ſint amicitie ſociis et amicis ſuppetias ferre: eoſq; beneficio deuincere tum imperium legibus ſtabilire: ⁊ ſenatum inſtituere. Uerū vbi regium imperium quod vnius erat in ſuperbiam et dominationem ſe conuertit cōſules qui bini creabantur quotannis res relata eſt. Ceterum quia plurimi ad conſulatum peruenire poterāt ſumma ope nitebatur ſeſe extollere: ⁊ ingenium oſtentare. Unde ciuitas romana mirum ſumpſerat incrementum que omnia ſub ordine textus patebunt qui talis eſt. Poſt id eſt poſtea vbi id eſt quando vel poſt vbi id eſt poſtq̄ pepulerant id eſt porro pepulerāt a ſe virtute id eſt per virtutem et fortitudinem ſuam pericula que ab hoſtibus imminebant: et ipſi portabant id eſt ferebant ſociis id eſt confederatis atq; amicis: liberis auxilia id eſt ſuppetias contra eorum hoſtes. et parabant id eſt comparabant ⁊ adquirebant amicitias magis dandis beneficiis q̄ accipiendis (vbi ſignanda eſt regula venuſtatis. Pulcre vtimur pro gerundiis gerundiuis nominibus preſertim in ablatiuis pluralibus ⁊ in deſignatione ſequele poſitis. vt vbi grammatic⁹ diceret: facies orationem latinam legendo noſtra pleniorem: dixit in principio officiorum Cicero. legendis noſtris. Et vbi ille diceret magis dando q̄ accipiēdo beneficia dixit diſertiſſimus author noſter dādis ⁊c.) tum ſupple imperium legitimum: id eſt legibus ſtabilitum habebat nomen regium: id eſt qui tum legitime imperabant dicebantur reges quos ſeptem commemorat. Liuius libro primo ab romulo incipiēs. Delecti. id eſt de multis ad cōſultationem lecti. Deligere enim eſt de multis pluſculos ad aliquod munus ad quod aptiores videntur legere. Unde iuuenes ad bella deligi ſolent: vt in delectu militum: et ſeniores ad conſultationem: vt eneidos tertio delectos populi ad proceres: primumq; parentem. Monſtra deum refero ⁊ que ſit ſententia poſco. Unde hic addit: quibus corpus erat infirmum annis id eſt propter annos ⁊ ſenium: ſed ingenium erat validum ſ ſapientia: conſultabant id eſt conſilio proſpiciebant reipubli. (vnde primo officiorum. Dicit Cicero. Senibus labores corporis ſunt minuendi: exercitationes animi etiam augende videntur.) danda vero eſt opera: vt amicos iuuentutem ⁊ maxime rempublicam conſilio ⁊ prudentia q̄ plurimū adiuuet. hi. ſ. ſeniores appellabātur vel etate q̄ ſeniores erāt: vel ſimilitudine cure: id eſt propterea q̄ ſimiliter rempublicam curabant. vt patres familiam ſolent appellabantur dicit patres vnde noti ſunt verſiculi. Eſt pater hic cura pater eſt alius genitura. Hic pater etate pater ille vocatur honore. Poſt id eſt poſtmodum vbi id eſt poſtq̄ imperium regium id eſt quod penes reges erat quod fuerat initio cauſa libertatis conſeruande atq; reipubli. augende: conuertit ſe in ſuperbiam ⁊ dominationē: id eſt dominationem ſuperbā romani fecere ſibi more. i. ritu gubernandi immutato: imperia annua id eſt i eiſdē non niſi anni duratura q̄ pro ⁊ imperatores binos. i. ſingulis annis duos vez conſules: q̄ putabāt animū humanū poſſe eo mō. i. p̄ eū modū minime. i. nullo modo: inſoleſcere. i. fieri inſolentē ⁊ ſupbū p̄ licētiā. i. nimiā p̄miſſionem faciendi eius qđ libido ferret. cum enim breue eſſet imperiū et in duos collatū videbat̄ nullus inſolentie relictus locus. Sed. i. nihilominus romani cepere. i. ceperunt extollere eā tēpeſtate. i. eo tp̄e magis q̄ prius cū nō eſſet ſpes obtinēdi imperij quiſq; ſup. cepit extollere ſe. ⁊ habere ingeniū magis i prōptu. i. paratū ⁊ manifeſtū vt cito oſtēderet ſeſe ⁊ paratū ſit ad q̄duis audēdū. Nā boni ſūt ſuſpectiores. i. magis ſuſpe

p̄ncipiū. i. dicit⁹ vel p̄cuſſus a p̄cello. Celo el ē p̄cello vel euerto: cui⁹ ꝯ ſignificati ui p̄cello hic p̄cella Celſus āt ali⁹ a celo Domi. Militie. Patria.

Graphice i. ſcribendo vel venuſte graphice pe nicill⁹ graphia pictura graphiū ſtyl⁹ vel pugio hinc zoographos pictor aīalium Antropographos hoim rhyparographos ſordidarū rerū pictor. Deligere. Poſt. xvij annū rei. militarē p̄ſtituri apud rom. ſcribebātur.

cti regibus. ꝙ mali .i. magis timent bonos .i. ſtrēnuos ꝙ malos .i. ignauos ⁊ inertes. Eſt aūt regibus datiuus rect⁹ ad ſuſpectiores virtute abſoluti ſeu poſitiui: ⁊ virtus aliena eſt ſemp formidoloſa .i. plena formidinis aut multū formidāda (Accipitur aūt vt valla docet hic paſſiue. habuiſſe his .ſ. regib⁹ .i. rectorib⁹ reip. quaſi dicat ideo in promptu quēq; habuiſſe ingenium ne ſi forte rectores ſeu cōſules quib⁹ virtus aliena ſemp formidoloſa eſt quippiā moliātur ipſi ſibi in mora ſint. Sed ciuitas incredibile. Oſtenſa origine ciuitatis affert eius incremētum imprimis admirandū ſimulq; qua via ceptum ſit dicēs. Sed incredibile eſt memoratu .i. dum memorat quātum ciuitas .i. collectio ciuium romanoꝝ: creuit breui .ſ. tēpore libertate adepta .i. acquiſita ⁊ obtēta hoc eſt poſtq; libertas illius acquiſita erat domitis iam hoſtibus ⁊ expulſis regib⁹. Uñ adepta libertate ablatiui ſunt in deſignatiōe ſequele poſiti: ſꝫ aduertēdū oīa deponētalia actiue ſignificātia olim fuiſſe cōia idq; deponentia dicta ꝙ alterā ſignificationem (q̄ fere paſſiua eſt) deponāt: quā tñ ꝑticipalia plerūq; reſumūt. vñ adepta hic paſſiue accipit ⁊ frequēter legitur adipiſcendus ſequēdus imitādus ⁊c. Tāta .i. tā magna cupido glīe īceſſerat .i. inuaſerat ſane dicim⁹. Cupido īceſſit mihi et in me ab īceſſo v̄bo. Eſt aūt dictū ꝑ modū acclamatiōis: ſicut ein. ſ. Tāte molis erat romanā ꝯdere gentē. Iā primū ⁊c. Addit (vt dicā) viā qua tm̄ ſumpſit īcremēti dicēs. Iā primū .i. vt ꝑmū dicā aut ꝑmā īcremēti ꝑtē putē iuuēt⁹ .i. multitudo aut ipa man⁹ iuuenū: ſic eſt fere capit iuuēt⁹ cū iuuēta ſit etas ipa ⁊ iuuētas dea etatiſ ſm Seruiū ꝙuis ſenect⁹ ⁊ ſenecta ꝑ eodē accipiātur ſimul ac .i. ſtatim aut cōtinuo poſtq; erat patiens belli .i. ſudoris ⁊ laboris bellici potēs ſicut veri potēs v̄go nobilis dtita iuuenis: vt pmū arma ferre ⁊ tractare pōt belli patiēs: vt potēs ⁊c. diſcebant .i. iuuenes reſpicit eñ ad rē nō ad vocē. nā iuuētus collectiuū eſt: in caſtris .i. in tētoriis vallo cinctis militiā .i. artē militarē. vſu .i. aſſuetudine ꝑ laborē quo duriores efficiebātur. Unde Maro in georgicis. Aſſuetūq; malo ligurē in laudē eius dicit ꝙ ꝓterea rei bellice aptior eſſet. ꝙ malo .i. labori aſſuetus. Et habebāt magis libidinē .i. voluptatē ⁊ cōplacentiā delectabilē. hic aūt oſtēdit libido cōe vocabulū .i. tā in bonū ꝙ in malū poſſe accipi lꝫ frequēti⁹ in malū niſi ſit figurate dictū: ſicut illud Maronis. Diſce puer virtutē ex me verūq; laborē. Fortunā ex aliis: q: fortunā nemo diſcit cū fortuitu obueniat. Uñ ſubaudiri voluit tibi diſige aut ſume. Et illic. Sic ven⁹ ac veneris ꝯtra ſic fili⁹ orſus q: ven⁹ orſa nō eſt: ſed ſicut ſermonē ſubaudiuit. Sic ven⁹ dixerat. ita hic ſubaudiēdū ſic voluptatē: au oble ctamētū in decoris armis: ſed nō ꝓcedit. Sic eñ voluptatē armoꝝ cū libidine ſcortoꝝ cōpararet cū delectatiōnē eoꝝ magis in armis decoris .i. dec⁹ ⁊ ornamētū afferentib⁹: ⁊ in equis militaribus .i. ad militiā aptis. (Q: ſunt etiā ad vehicula apti. Uñ eñ. in. Bello armātur equi bellū terra hoſpita portas. Sed tñ hidē olim curru ſueti ſuccedere. Spes eſt pacis ait.) Quā l ſcortis .i. pueris iuuenib⁹ aut puellis ꝓſtitutis q̄ ſcorta dicunt: q̄ vt ſcortes .i. pelles arietine ſubigi ſolēt. Sane oē nomē in um ſi nō ē ꝓpriū mulieris apud nos neutri eſt gñis etiā ſi vtrūq; ſexū ꝯnotet: vt ſcortū ⁊ mācipiū: ⁊ q̄ in plurali vſitatiora ſeruitētia ⁊ miniſteria ꝑ ſeruis ⁊ miniſtris. atq; in cōuiuiis .i. cōmeſſationibus ⁊ ebrietatibus: q̄ ablatiuis honeſtiore vocabulo conuiuia ꝙ ſint cōuiuēdi gr̄a inſtituta ꝙ a grecis ſympoſia dicitur. Igitur vllus labor nō erat inſolitus .i. nō īſuetus: ⁊ ob id dur⁹ ac difficilis nō erat: ſed facilis: vt vllus locus nō erat aſper .i. durus ⁊ inacceſſus: aut arduus .i. nimis altus ⁊ difficilis: aut vllus hoſtis armat⁹ nō erat formidoloſus .i. formidādus plurimū. viris talibus .i. ſic ab ineūte adoleſcētia inſtitutis. Uirt⁹ ſcꝫ eoꝝ domuerat oīa. Sed maximū certamē glorie .i. quis eorum glorioſiſſime ageret erat inter ipſos. Et ſic quiſq; ferire .i. feriebat hoc eſt ꝑcutiebat hoſtē aſcēdere .i. aſcendebat murum. ⁊ circūſpici .i. circūſpiciebat a ducib⁹ ceteris militibus dum faceret tale facinus: ⁊ ꝓperare .i. ꝓperabant: ⁊ putabāt ea .ſ. circūſpici ⁊ ꝓperare eſſe diuitias bonā famam ⁊ magnā notabilitatem ⁊ erāt auidi laudi laudis ⁊ liberales .i. liberaliter largitores pecunie: ⁊ volebāt gloriā ingētē eſſe ſup. diuitias honeſtas. Memorare poſſem. Curriculo ꝑcurrit ingentē populi romani virtutem qua gloriā ſummā meruerāt additurus infortuniū ꝓpter ſcriptoꝝ penuriā laudis ſue fama fraudati ſunt: q̄ ſic cecinit quarto carminū Hora. Neq; ſi coarte ſileant q̄ bene feceris. Mercedem tuleris. Quid foret Ilie mauortiſq; puer ſi taciturnitas obſtaret meritis inuidia romuli. Et paulopoſt. Dignū laude virum muſa vetat mori celo muſa beat. Et ode ſequenti. Paulum ſepulte diſtat inertie. Celata virtus ⁊c. At contra dicit athenienſis claros ꝙ copiam ſcriptorum habuerint. Ordo eſt. Ego poſſem memorare .i. recitando ad memoriam reducere in quibus locis populus Romanus fuderit parua manu. id eſt multitudine belligerantium manus enim collectiue accipitur pro multitudine preſertim manu operantium: et multum quorum preſtantia in dexte-

Nam regibus boni q̄ mali ſuſpectiores ſunt: ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt. Sed ciuitas incredibile memoratu eſt adepta libertate quātum breui creuerit: tanta cupido glorie inceſſerat. Iam primum iuuentus ſimul ac belli patiens erat in caſtris per laborem vſu militiam diſcebant. Magiſq; in decoris armis & militaribus equis q̄ in ſcortis atq; conuiuiis libidinem habebant. Igitur talibus viris non labor inſolitus: non locus vllus aſper: aut arduus: erat non armatus hoſtis formidoloſus. Virtus omnia domuerat. Sed glorie maximum certamen inter ipſos erat. Sicq; quiſq; hoſtem ferire: murum aſcendere: circumſpici. dum tale facinus faceret properare: ea diuitias: ea bonam famam magnam nobilitatem putabant: Laudis auidi: pecunie liberales erant. Gloriam ingentem diuitias honeſtas volebāt. Memorare poſſem quibus in locis maximas hoſtiū

Aliena virtus regibus formidoloſa.

Deponentia verba

Inceſſo.

Iuuent⁹. Iuuenta Iuuētas.

Scortum

Regla de nominibus ium.

Cōuiuia. Sympoſia ꝯpora nō eſſunt hinc ſympates cōpotor: ſed ſydipnus eſt concenatio.

Manus.

ra eſt. Unde illud Ene. ij. ſi pergama dextra defendi poſſent etiã hac defenſa fuiſſent. Et ideo dicit eiuſdẽ vj. hic manus ob patriã paſſum. Hora. j. ſermo. accepit multitudine poetarum. quibus etiam manus in vſu eſt ſcribendo dicens. Multa poetarum veniat manus auxilioq; ſit mihi ꝛc. Copie aũt ſunt copioſi exercitꝰ in qua ſignificatione nõ niſi neceſſitate metrica ſingulariter effertur. vt eñ. ij. Reſpicio: ꝛ que ſit me circũ copia luſtro fuderit ergo parua manu maximas copias hoſtium. vt in armenia. vbi lucillus tigranem ha-bentẽ exercitũ centũ miliũ. xx. milibus militũ fudit ꝛ filium eiꝰ captiuũ in triũ phũ duxit. Et hiſpania poſt mortem ſci pionũ duce Lucio marcio maxie copie penoꝝ ceſe ſunt authore Liuio ad finẽ libri q̃nti decados tertie. Et poſſum me morare q̃ vrbes munitas natura. i. ſitu naturali ppl's romanus ceperit. i. expu gnauerit ꝛ inuaſerit vt carthaginẽ nouã in hiſpania ꝛ terra ꝛ mari munitã auſpi tio ꝛ ductu. P. Scipionis aphricani ſu-perioris. Et numãtiã in eadẽ hiſpania. ꝛ oppidũ illud qđ exploratiõe liguris cu iuſdã mari: excepiſſe dr̃ in iugurtha. Et innumeras alias memorare iquit poſ-ſem ni. i. niſi ea res. i. memoratio ꝛ reci-tatio victoriarum populi romani trahe ret nos longius ab incepto. i. ab inſtitu to opere de Catiline coniuratio. Sed q̃q̃ populus romanus mira geſſit mi-nus tñ memorantur eius geſta: ꝛ ita ob tẽtiõe fame ꝛ glĩe infelix eſt: q: fortuna dominatur pfecto in omni re q̃. ſ. homi ni extra ſe ſit querẽda. vt ĩ nomine pre claro in diuitijs ꝛ interdum in victorijs In bonis autem animi nihil. Unde in iu gurthino dicturꝰ eſt. Sed dux atq; im-perator vite mortalium animꝰ eſt q̃ppe fortuna pbitatem: induſtriã: aliaſq; bo nas artes neq; dare neq; eripere cuiq̃ põt. Et Seneca epiſtola nonageſima-nona. Errant qui aut boni aliquid no-bis aut mali iudicãt tribuere fortunã. Ualentior enim omni fortuna animꝰ eſt. Et in vtrãq; partem ipſe res ſuas ducit: beateq; ac miſere vite ſibi ſit cauſa. Ac Cice. in lib. de natura deorum ſic ait. Ad rem autem vt redeam iudicium hoc omniũ mortaliũ eſt fortunam a deo petendam a ſeipſo ſumendam eſſe ſapientiam. Fortuna autem vt ſcribit Lactantius li bro tertio. capitulo. xxix. eſt accidẽtium rerum ſubitus atq; inopinatus euentus. Simulacrum eius cum copia ꝛ gubernaculo fingunt tanq̃ hec opes tribuat humanarum rerum regimen obtineat. Cui opinioni Uergilius aſſentit fortunam omni potentem vocans. Philoſophus libro. ij. phyſicorum ait fortunam eſſe cauſam per accidẽs. Cum autem nobis multa preter ſpem euenire viderant: ꝛ homini quãtũuis prudenti ꝛ ſagaci multa in peius ruere et retrolabi. vnde illud Eneidos ſecundo. Aſpirat primo fortuna labori. Sed nihil inuitis fas quẽq̃ fidere diuis: ideo romani occulte illi potentie diuine qua propter ſpem bona euenirent: vt mala arcerentur eidem fortune dicauerunt. Unde Plinius libro ſecundo capite ſeptimo. Toto quippe mundo omnibus locis omnibuſq; horis omnium vocibus fortuna inuocatur ꝛ vna nominatur: accuſatur vna agitur res vna cogitatur: ſola laudatur: ſola arguitur ꝛ cum concilijs colitur: volubiliſq; a pleriſq; etiam ꝛ ceca exiſtimata: vaga inconſtans: incerta: varia indignorumq; fautrix huic omnia: expenſa. huic feruntur accepta: ꝛ in tota ratione mortaliũ ſola vtramq; paginam facit adeoq; obnoxij ſumus ſortis et ſors ipſa pro deo ſit qui deus probatur incertus. Unde Iuuenalis. Sed nos Te facimus fortuna deam. Et alibi. Si fortuna volet fies de rhetore conſul. Si volet hec eadem fies de conſule rhetor. vnde quia varius eſt rerum extra nos poſitarum euentus dicit author noſter quod in omni re dominatur: intellige vt dixit externa quia ſermones accipiendi ſunt ſecundum materiam ſubiectam authore philoſopho. hic autem dictum ſuum probaturus eſt per famam et gloriam quam ex benefactis romani minus q̃ greci circa culpam ſuam fortuna ita volente obtinuerunt. Ea ſcilicet fortuna: celebrat id eſt celebres ꝛ vt dicunt nobiles ac famoſas reddit. obſcurat. id eſt ignobiles reddit. cunctas res magis ex libidine. id eſt inordinata voluntate ſua q̃ ex vero ſcilicet iudicio: ex merito vniuſcuiuſq;. Unde Maro in opuſculo de fortuna. Fortuna immeritos auget honoribus. Iuſtos illa viros pauperie grauat. Indignos eadem diuitijs beat. Hec aufert iuuenes ꝛ retinet ſenes. iniuſto arbitrio tempora diuidens. Quod dignis adimit tranſit ad impios. Nec diſcrimen habet recta ve iudicat. Inconſtans fragilis perfida lubrica. Nec quos glorificat perpetuo fouet. Nec quos deſeruit perpetuo premit. Quia vt dicit Boetius in hoc ſolo eſt conſtans q̃ ſemper inconſtans verum quia de fortuna ſatis diximus ordinem proſequamur. Res geſte athenienſium: id eſt atheniẽſibus fuere ſicut exiſtimo in quo ſe candidum et minime inuidum oſtendit ſatis ample ꝛ magnifice verum fuere aliquanto minores q̃ feruntur fama: ſed quia magna ingenia ſcriptorũ ꝛ hyſtoriographorum inter quos eſt pcipuus thucidides puenere. i. ſpõte nata ſunt ibi. ſ. athenis facta atheniẽſiũ celebrãt p orbẽ ter-

copias populus Romanus parua manu fuderit. quas vrbes natura munitas pugnando cœperit: ni ea res longius nos ab incepto traheret. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Ea res cunctas ex libidine magis q̃ ex vero celebrat: obſcuratq;. Athenienſium res geſtæ: ſicut ego exiſtimo ſatis amplæ magnificeq; fuere. Verum aliquanto minores q̃ fama feruntur. Sed quia prouenere ibi ſcriptorum magna ingenia per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui ita fecere virtus tanta habetur: quantum ea verbis potuere extollere præclara ingenia. Sed populo romano nũq̃ ea copia fuit: quia prudentiſſimus quiſq; maxime negotioſus erat. Ingenium nemo ſine corpore exercebat optimus quiſq; facere q̃ dicere: & ſua ab aliis benefacta laudari: q̃ ipſe aliorum narrare malebat:

Copia.

Fortuna a deo petenda ſapiẽtia ex nobiſipſis inueniẽda.

Fors caſꝰ ẽ fortuna caſus dea et ſignificando naturã aliud ẽ fortuna: aliud fors fortuna illa incerta reꝝ euẽtus fortune bonus hic fortunatus felix vel pꝑitiꝰ ꝛ fortunare pſpare fortunet diuitie fortunate pſpere.

Ius nihil aliõ q̃ qđ vel natu-

rarū ꝑ maximis.i.tanꝗ fuiſſent maxima.Ita virtus eoꝝ qui fecere ea habetur tāta quaruȝ ꝑclara ingenia potuere extolliere ea.ſ.facta eoꝝ verbis.ſ.ſcriptis.Sed ea copia.i.abundātia ſcriptoꝝ nunꝗ fuit populo romano: cauſam honeſtā affert ne id ignauie eis detur dicēs:q: prudētiſſim⁹ quiſq.i.qui habet prudēti ingenio preditus:erat negotioſus.i.oꝑoſus. Nemo exercebat ingeniū ſine corpe.i.ſpeculatiue ſciētie ſe dabat ſine praxi.i.ſine oꝑatiōe:nec cōtēplatiue vite omiſſa penit⁹ actiua:optimus quiſq.i.ōis ſummopere bonus.

Igiť domi militiæq; bōi mores colebanť. Cōcordia maxima: minima auaritia erat. Ius bonum apud eos non legibus magis ꝗ̄ natura valebat: iurgia: diſcordias: ſimultates cum hoſtibus exercebant ciues cum ciuibus de virtute certabant: in ſupplicíís deorū magnifici: domi parci: & in amicos fideles erant. Duabus his artib⁹ audacia in bello: vbi pax euenerat æquitate ſeq; & rempu. curabant. Quarū rerum ego maxima documenta habeo: ꝙ in bello ſæpius vindicatum eſt in eos qui contra imperium in hoſtes pugnauerant: quiq; tardius reuocati prælio exceſſerant: ꝗ̄ qui ſigna reliquerant: aut pulſi loco cedere auſi erāt. In pace vero bn̄ficiis magis ꝗ̄ metu imperium agitabant: & accepta iniuria ignoſcere ꝗ̄ perſeq malebāt. Sed vbi labore atq; iuſtitia reſp. creuit: reges magni domiti bello: natiōes feræ: & populi ingentes vi ſubacti. Carthago æmula imperii Romani a ſtirpe interiit: cuncta maria terræq; patebant. ſæuire fortuna

malebat.i.magis volebat facere.ſ.bene et ꝑclare ꝗ diceret bn̄facta ſua laudari ab aliis:ꝗ ipſe narrare.ſ.cuȝ laude ſup. bn̄facta alioꝝ.Igitur.i.τ ideo:boni moris colebātur domi.i.in ciuitate tpe pacis:τ militie.i.in tpe belli.Cōcordia erat ſup.inter eos maxima:liui⁹ tn̄ ciuitateȝ romanā vel ab initiis maxime ſeditioſam oſ̄ndit:vbi receſſionē in mōtē ſacrū deſcribit:τ totiens motā legē agrariā:totq plebeiorū in patritios factiones: auaritia erat minima:id quoq primordiis vrbis dat liuius.dicēs in ꝑfatiōe prima. Ceteruȝ aut me amor negotii ſuſcepti fallit: aut nulla vnꝗ reſpublica nec maior:nec ſanctior:nec bōis exēplis ditior fuit:nec in ꝗ̄ ciuitatē ſero auaritia luxuriaq immigrauerāt:nec vbi tantus ac tā diu paupertati ac parſimonie honos fuerit: adeo ꝗ̄to rerū minus: tāto min⁹ cupiditatis erat. Nuꝑ diuitie auaritiā. τ abūdātes voluptates deſideriū per luxū atq libidinē pereūdi ꝑdēdiq ōia inuexere. Hec ille. Ius bonumq.i. equitas naȝ iuſtitia eſt qua boni viri dicimur.autore Cicerone valebat apō eos nō magis legib⁹ ſcilicet ſcriptis ꝗ natura.i.naturali lege:quam etiaȝ apoſtolus in primo ad Romanos plurimos habuiſſe teſtať. Vn̄ τ Maro in octauo enei.vocat idigenā.i.priſcos italicos gētē ſine legib⁹ equā. Ipſi exercebant iurgia id eſt verba obiurgatoria et increpatoria: τ diſcordias diſſentiōes animoꝝ:τ ſimultates.i.factiones:τ cū hoſtibus:ſed ciues certabant cū ciuib⁹ de virtute.i.quis eoꝝ habereť τ eſſet optimus τ ipſi erant magnifici.i. magnifice largi:in ſuppliciis.ſ. in ſupplicatiōibus quas rogationes τ proceſſiones vulgo dicimus:τ erant parci domi.i.in ſumptu proprio τ rei familiaris:et erāt fideles:in id eſt erga amicos:et curabant ſe et rempu.his duabus artibus ſcilicet audacia in bello id eſt dum bella gerebant:q: audaces fortuna iuuat.τ equitate vbi eſt poſtꝗ pax euenerat:quia finis belligerendi id eſt apud Cicero.vt poſſimus in pace ſine iniuria viuere. Quarum rerum. Probat quod dixerat coniectura quadam euidentiſſima dicens.Quarum rerum.ſ.ꝗ illis artibus ſe τ rempu.curabant.ego habeo hec maxima documenta ꝙ vindicatum eſt.i.aduerſum τ ſumpta vindicta in bello.i.tēpore belli.ſepius in eos qui pugnauerunt aui dirate vlciſcendi in hoſtem contra imperiū.ſ.imperatoris exercitus:quē capitaneū generalē vulgus appellat:quiq.i.ꝗ̄ reuocati.ſ.ſono tube quo canebatur receptui:exceſſerāt prelio.i.dereliquerāt prelium vbi excedo gratia prepoſitionis ablatō preponitur ſicut exeo τ egredior interdū apud maronem.tardius.ſ.ꝗ parerat aut ꝗ iuſſerat imperator ꝗ illi qui reliquerāt ſigna.i.vexilla ſua:aut qui pulſi virtute hoſtiū auſi erāt cedere.i.diſcere loco:q vē tutari iuſſerat imperator ſub pena capitis.Et ita patet ꝙ in bello audaciā τ equitatē ſeruabant:τ audaciā hi qui cōtra edictū imperatoris poſtꝗ receptui cantū fuerat a pugna nō deſiſtebāt equitatē imperatores in eos grauius aīaduertentes.In pace vero agitabant imperiū magis beneficiis ꝗ metu τ malebant accepta iniuria.i.poſtꝗ acceperant iniuriā:ignoſcere.ſ.iniurie ꝗ perſequi eā. Sed vbi. Tranſit nūc ad decremēta reipu.τ vitia tēporꝝ ſuoꝝ dicens. Sed vbi.i. poſtꝗ reſpublica creuit labore atq iuſtitia priſcoꝝ romanoꝝ:τ reges magni vt tigranes rex armenie:τ mithridates rex pōti. Iugurtha rex numidie. Perſes rex macedonie τ ſimiles:domiti ſup. ſunt a populo romano bello et nationes fere ſubaudi omnes ſup.ſunt ſubacte τ populi ingentes ſunt ſubacti.vt ſchyte:thraces:parthi:hiſpani: τ reliqui fere.vn̄ dicit maro. Romanos rerum dominos.Et Iuue.τ victum vlciſcitur orbem quaſi totum orbeȝ vixerit.vnde Iuppiter ex alta celi dum parte tuetur. Nil niſi romanū quod tueatur habet. et Carthago emula imperii romani:q: fere par erat:et de imperio cum roma certabat:vt atteſtatur Cicero i officiis.Unde finxit Maro ꝙ Iuno pretenderat Carthagini dare principatum ſeu monarchiam dicens de ea:hoc regnum dea gentibus eſſe. Si qua fata ſinant iam tunc tenditq fouetq.interiit a ſtirpe id eſt funditus: quia euerſa eſt a Scipione Aphricano minore:et cuncta maria et terre omnia loca patebant id eſt aperta erant et peruia romanis:aut parebant romano imperio:fortuna ſcilicet prius proſpera cepit.id eſt incepit:ſeuire id eſt ſeuitiam et ferocitatem ſuam oſtendere egre ferens tantum rerum ſucceſſum ac miſcere:id eſt confundere omnia.Et his ſcilicet romanis:qui tolerauerant facile dum pararent imperium: labores pericula:res dubias et aſperas ocium et diuitie optande aliis ſcilicet populis fuere oneri:id eſt ad omnia:et miſerie id eſt

rare vel diuitias populus gens vel ꝯſuetudo iubet Pau. iuris. vno modo dici ius ſcribit qd ſp bonū τ b̄ natura:le et lex ſi ſcripta:ſȝ iſta natura ꝗ̄ diffinit recta rō iubēs ꝗ̄ faciēda ꝓhibēſq ꝯtraria:cui⁹ ſm cice.ꝑtes ſūt religio: pietas grati dicatio τ obſeruātia:vitas. Alio mō qd oibus aut pluribus ī ciuitate vtile:τ b̄ ciuile.

Excedo.

ad miſeriam id eſt cauſa oneris ⁊ miſerie: vt dictū eſt a Juuenale ſatyra. vi. Nunc patimur longe pacis ma-la ſeuior armis Luxuria incubuit et victum vlciſcitur orbem. Et primo cupido id eſt cupiditas et auiditas pecunie creuit. Unde Juuenalis ibidem. Prima peregrinos obſcena pecunia mores Imbuit et turpi fre-gerunt ſecula luxu Diuitie molles ⁊c. Deinde cupido imperij creuit: et ea ſcilicet duo vitia fuere quaſi ma-teries id eſt fomites omnium malorum que deinde ſecuta ſunt. Namq; auaritia ſubuertit fidem: probita-tem et ceteras bonas artis id eſt artes

ac miſcere omnia cœpit. Qui labores pericula dubi-as atq; aſperas res facile tolerauerant: his otium di-uitiæ optandæ aliis: oneri miſeriæq; fuere. Igitur pri-mo cupido pecuniæ deinde imperii creuit & ea qua-ſi materies omnium malorum fuere. Namq; auaritia fidem: probitatem: cæteraſq; artis bonas ſubuertit. Pro his ſuperbiam crudelitatem deos negligere: om-nia venalia habere docuit. Ambitio multos morta-lis falſos fieri ſubegit. Aliud clauſum ī pectore: aliud in lingua promptum habere: amicitias inimicitiaſq; non ex re: ſed ex commodo æſtimare: magiſq; vultū q̄ ingenium bonum habere. Hæc vtraq; primo pau-latim creſcere: interdum vendicari. Poſt vbi conta-gio quaſi peſtilentia inuaſit: ciuitas immutata eſt im-perium ex iuſtiſſimo: atq; optimo: crudele: intoleran-dum factum. Sed primo magis ambitio q̄ auaritia: animos hominum exercebat. Quod tamen vitium propius virtuti erat. Nam gloriam honorem: impe-rium: bonus & ignauus æque ſibi exoptant. Sed il-le vera via nititur, hic q; bonæ artes deſunt dolis atq; fallaciis contendit. Auaritia ſtudium pecuniæ habet quā nemo ſapiēs cōcupiuit. Ea quaſi venenis malis

vnde eneidos quarto. Quid non mor-talia pectora cogis Auri ſacra fames. Et auaritia docuit pro his ſcilicet arti-bus bonis ⁊ ſuperbiam quia plurimorū animi cum rebus creſcunt: crudelitatē: quia vt imperent crudeles fiunt: negli-gere deos id eſt religionem aſpernari q̄ talia vetat. Et docuit habere omnia tā diuina q̄ humana: tam ſacra q̄ propha-na venalia: vt nunc habent quos ſimo-niacos vocat eccleſia a Simone mago: et qui olim ambitus accuſabantur. Am-bitio que eſt cupiditas honorum et im-periorum ſubegit id eſt latenter et im-pulit multos mortalis: fieri falſos. i. fal-laces. accipitur enī hic paſſiue: que trāſ-latio a rebus vt a nimia ſumpta. Nam

Falſus p decept⁹.

ſicut res falſe. i. falſificate fallunt incau-tos: ita hoies falſi. i. fallaces. Terē. in an-dria paſſiue accepit dicēs. Falſus es ca-rine. i. deceptus ab opinione tua Et do-cuit eos habere aliud clauſum in pecto-re. et aliud hr̄e p̄ptū in lingua. ⁊ aliud cogitare ⁊ aliud dicere: vt fecerat Cati-lina oim rerū ſimulator. Unī Maro de ſinone. Et ficto pectore fatur. Et docuit eſtimare. i. appretiari: amicitias non ex re. i. ex merito cuiuſq;: aut vt Cice. in Le-lio docet ex libero et naturali amore ex opinione virtutis ei⁹ quem amamus ⁊ colim⁹ orto. ⁊ ſimiliter inimicitias nō ex re. i. ex odio vitiorū: ſed ex cōmodo. i. ex vtilitate qua (vt idē dicit Cicero) quidā perperā metiunt̄ amicitias: vt tm̄ quiſ-q; diligēd⁹ ſit q̄tū eſt vtilis: ⁊ docuit ha-bere magis vultū bonū q̄ ingenium bo-num. Hec ſcilicet duo vitia auaritia ⁊ am-bitio creſcere ſup. ceperant: aut creſce-re. i. creſcebāt primo: hoc eſt ſponte na-ſcebantur paulatim. i. ſucceſſiue et ſen-ſim: quia vt dixi ex Juuenale. Nemo re-pente fuit turpiſſimus interdū non cre-

Malitia paulatī creſcit.

ſcebant modo: ſed vendicari id eſt vendicabantur id eſt vſurpabantur ⁊ vltro inuitabātur ab eis: ſunt qui legant vindicari id eſt vindicabantur: hoc eſt propter vindictam reprimebantur interdum: quod minus p-cedere videtur alijs quaſi innuat quod poſtea longo tempore Juuena. dixit ſatyra prima. Nil erit vlterius quod noſtris moribus addat Poſteritas: eadem cupient facientq; minores. Omne in precipiti vitium ſte-tit. q. d. in altiſſimo: ita vt altius creſcere nequeat. Uerumtamen optime coheret ſentētia: nam dicere vult ea vitia primo quidem cum quodam timore vindicte creuiſſet ſed poſtea etiam ſine timore inducta vide-tur dixit primo addit poſt vbi id eſt poſtea q̄ contagio id eſt contaminatio malorum quaſi ex cōtactu ſicut oues inficiuntur. Unde illud in bucco. Nec mala vicini pecoris contagia ledent. vbi ſciemus q̄ dicitur hec contagio hec contages et hoc contagium. ſed contagio frequentius in ſingulari et contagia in plurali. Ci-cero tamen. ij. offi. contagionibus dixit. Producunt autem ſecūdum. vnde Juuenalis. Dabit hec contagio labem. Et dedit in plures ⁊ cetera inuaſit ſcilicet ciuitatem: quaſi peſtilentia: que inficit inter ſe conuerſan-tes: ciuitas eſt immutata id eſt ex optimis moribus in peſſimos. Et imperium eſt factum ex iuſtiſſimo atq; optimo: quia vt dixi ex Cice. fuerat potius preſidium orbis q̄ imperium. crudele ⁊ intolerādum: vt ſub ſyl-la ⁊ alijs tyrānis. Sed ambitio exercebat primo magis animos hominū q̄ auaritia: ideo propter imperiū pecuniam exigebant: non propter pecuniā imperia: quod tamen vitiū ambitionis erat propius virtuti. i. ad virtutē: videlicet fortitudinē ⁊ magnitudinē animi accedens. vn̄ Cice. authore id moleſtius ferendū eſt q̄ vt quiſq; excellentiſſimo eſt ingenio ⁊ animo inuictiſſimo: ita ad oñationes maxime procliuis. Unde di-ctum volunt ab euripide. Si violandū eſt ius regnā di gratia violandū eſt: alijs in rebus pietatē colas quā ſententiā Cice. iniquiſſimā ⁊ pernicioſiſſimā cenſet. offi. iij. Probat author ambitionē propius eſſe virtuti q̄ auaritiā dicēs. Nā bon⁹. i. fortis ac ſtrēnu⁹ ⁊ ignau⁹. i. inutilis ad laborē ſine induſtria deſes: exoptant ſibi eque. i. eq̄liter iperiū. ſz ille. ſ. bon⁹ vtit̄ vera via. i. decēti medio ad ipm: hic. ſ. ignauus: q̄. i. q: bone artes de-ſunt: p̄tēdit. ſ. venire ad iperiū dolis atq; fallacijs. Auaritia aūt ad virtutē nō accedit: q: habet ſtudiū pecu-

Contagio Cōtagius Cōtages.

Gnauus prudēs p uid⁹ gnauiter quo prudēter citius op politū eſt

nie quã nemo ſapiẽs cõcupiuit. Ea licet auaritia imbuta.i.tincta ⁊ illita venenis malis.i.nociuis: q; ſunt venena etiã medicamẽtis apta effeminat.i.mollificat ⁊ flaccidũ ac muliebre facit corpus ⁊ aĩm virilẽ ꝓpterea ꝙ homo intẽtus lucro pecuniario corpus ſuũ negligit: quocirca vulgo ſordidus dicitur: ſicut ſplẽdide epulatus lautus de hoc loco habẽtur plurima apud Aulũ gelliũ lib.iij.primo vt tãgã. Et ea ſup.eſt infinita ⁊ inſatiabilis: neq; minuitur copia neq; inopia: q; vt dicit Sene. Tam deeſt auaro qđ habet ꝙ qđ nõ habet. ꝓpterea ꝙ (vt dicit Flaccus) querit ⁊ inuentis miſer abſtinet ⁊ timet vti. Et iõ dicitur Eccleſiaſtici.v. Auarus non implebitur pecunia: iuxta qđ eſt verbum Iuue. ſepe citatum. Creſcit amor nũmi ꝙtũ ipſa pecunia creſcit. Et illud Naſonis pꝛĩo faſtoꝝ. Creuerũt ⁊ opes ⁊ opuſ furioſa cupido. Et cũ poſſideãt plurima plura petunt. Quia v° auarus vt dixit fit flaccidus ⁊ ſordib⁹ vni⁹ pecunie curã habẽs: ideo dicit ꝙ etiam corpus effeminat auaritia: vt Salluſtius inq̃t phauorinus dicto loco apud Aulũ gellium odio auaritie pluſꝙ potuit eã criminatus eſt. Q; ſũt auaritiã oderit pꝫ ode horatiana. Null⁹ argẽto color ẽ auaris. Abdito terris inimice lãne. Criſpe Salluſti nil tẽperato ſplẽdeat vſu. vocat eñ inimicũ lamne.i.laminie: hoc eſt maſſe auree ⁊ argẽtee nõ percuſſe: q; nũmoꝝ vſus maluit: Horati⁹ putat auarũ maxime ſtultum. Eccleſiaſtic⁹ ſceleſtiſſimũ dicẽs. Eccleſiaſtici.x. Auaro nihil eſt ſceleſti⁹. Nec immerito nec ſibi nec alteri bene vult ⁊ vñ cũ plus pecuniã ꝙ deuꝫ aut ſe aut pꝛimũ amet. Dicit apoſtolus ꝙ eſſe auarũ eſt idoloꝝ ſeruit⁹. Ephe.v. Et q; plurime cedes ꝓpter pecuniam fiunt vocat eã Iuue. funeſtã. Et ſi funeſta pecunia templo. Nõdum habitas: ⁊ Uerg. auri famẽ ſacrã.i.execrabilẽ dicẽs eneidos .iij. Quid nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames. Sed ad reliqua. Sed poſtꝙ Lucius Sylla. de hoc ſupra ſatis dixi: quomodo eius exẽplũ

imbuta corpus animumq; virilem effœminat. Semper infinita & inſatiabilis eſt. Neque copia: neque inopia minuitur. Sed poſtꝙ Lucius ſylla armis recepta republi. ex bonis initiis malos euentus habuit. rapere omnes: trahere domum alius: alius agros cupere: neque modum: neque modeſtiam victores habere: fœda crudeliaq; facinora in ciues facere. Huc accedebat ꝙ Lucius Sylla exercitum quem in aſia ductauerat: quo ſibi fidum acceptumq; faceret contra morem maiorum luxurioſe nimiſque liberaliter habuerat. Loca amœna & voluptaria facile in otio feroces militum animos molliuerant. Ibi primum inſueuit exercitus Populi Romani amare: potare: ſigna: tabulas pictas: vaſa cœlata mirari: ea priuatim & publice rapere: delubra deorum ſpoliare:

plurimi imitati ſint: ⁊ quomodo bona victoria quã ꝯtra Mariũ obtinuerat abuſus ſit. Uñ offi.ij. dicit Cice. ꝙ poſt Sylle victoriã delitũ ẽ videri quicꝙ i ſocios iniquũ cũ extitiſſet etiã in ciues tãta crudelitas: ergo inquit in illo ſecuta ẽ honeſtã cauſaꝫ: nõ honeſta victoria. Eſt eñ auſus dicere haſta poſita cũ bona i foro vẽderet: ⁊ bonoꝝ viroꝝ ⁊ locupletiũ: ⁊ certe ciuiũ ꝓdã ſuã ſe vẽdere. Secut⁹ ẽ (.ſ. Ceſar.) q i cã ipſa victoria etiã fediore: nõ ſolũ ſinguloꝝ ciuiũ bona publicaret: ſꝫ vniuerſas ꝓuincias regioneſq; vno calamitatis gñe cõpꝛehenderet. Sꝫ q; Cicero in manib⁹ ẽ pſequamur ordinẽ. Sꝫ poſtꝙ Luci⁹ Sylla dictator crudeliſſim⁹: habuit ex bonis initiis malos euẽt⁹ ⁊ hoc republica recepta.ſ.e manib⁹ marianoꝝ nobilitatẽ romanã cũ republica delere meditãtiũ. Armis.ſ.ipſi⁹ Sylle. Sũt q legũt Lucij Sylle ⁊ reſpublica vt ſit: ſꝫ poſtꝙ reſpublica ẽ recepta.ſ.i libertatẽ armis Lucij Sylle ipã habuit ex bonis initijs malos euẽt⁹.i.exit⁹: q; i tyrãnidẽ redacta ẽ: que lectio mõ ſit verior mihi certe cõcinnior videt̃ cetex vt ſubide rudiũ memineri. Recipe vt notũ ẽ iterũ capere: ſed id varie fit: ita vt interdũ videat̃ ꝗſi excipe: vt ſi tibi oĩa bona mea aut dederim aut deſtinaueri ⁊ deinde vni⁹ tabelle pulchritudie capt⁹ eã mihi excipiã ⁊ reſeruẽ elegãter dicã eã recepiſſe: vt dicit Aul⁹ gel. Interdũ polliceri: ſꝫ ꝗſi rẽ negatã ⁊ reiectã: vt quã pri⁹ obeũdã cape noluerim poſtea recipiã. Interdũ i locũ tutiorẽ redire: qđ tractũ ẽ a militib⁹ q cũ caſtra tenuerĩt priuſꝙ exirẽt i aciẽ hoſtiũ. cũ ſigno dato i eadẽ redeunt ſeſe recipe dicitur. Inde canere receptui ẽ tubaꝝ lituoꝝ cornuũ ſeu tibiaꝝ cãtu ſignificare militib⁹ vt a pugna i caſtra aut menia redeãt qđ cũ fit finis iponit̃ pugne: ꝗcirca tr̃ſfert̃ vt ſit cuilibꝫ actui piculoſo ꝑſertim finẽ iponere. Et q; ꝓprie ẽ iterũ capere: recipim⁹ debita a nobis ꝑſtita ⁊ ablata aut piculis erepta. Accipim⁹ aũt ab aliq̃ nobis oblata vt lr̃as ⁊ donaria. Sumim⁹ p nos etiã nullo porrigẽte. Notet ꝑterea puer euẽt⁹ etiã i plurali dici ſicut euẽta: Quis id Ualla neget: vt hic: ⁊ eñ.vſ. Cecoſq; volutat Euẽt⁹ aĩo ſecũ. ⁊ Tul.li.ij. de oꝛa. Uarios euẽt⁹ oꝛonis expectationẽq; hoĩs pertimeſcit. Sꝫ canam⁹ ⁊ nos receptui. Oẽs ſup. ceperãt rape aut p regulã ſuppoſitã. Oẽs rape.i.rapiebãt. oẽs trahere.i.trahebãt ad ſe. ali⁹ cupe. cupiebat domũ: ali⁹ agros ⁊ victores.ſ. hoſtiũ aut voti ꝯpotes: neq; hr̃e.i.habebãt modũ.i.mẽſurã aut rõnẽ: neq; modeſtiã.tẽperamẽtũ facere.i.faciebãt facinora feda.i.turpia ⁊ abominabilia ⁊ crudelia: q; inocuos crucidauerũt: aut pſcripſerunt ⁊ plurimos ſpoliauerũt. Huc accedebat: oſtẽdit ⁊ alias cauſas corruptoꝝ moꝝ dicẽs. Accedebat.i.adijciebat̃ aut addebat̃. huc.i.ad h̃ facinora exẽplo Sylle accepta: ꝙ luci⁹ ſylla habuerat.i.tractauerat exercitũ quẽ ductauerat.i.cui⁹ dux fuerat i aſia (aliter ſi itelligat̃ ipꝫ roma illuc duxiſſe diceret̃ i aſiaꝫ) cõtra morẽ.i. inſtituta maioꝝ.i.pꝛiſcoꝝ impatoꝝ luxurioſe.i.luxu. ⁊ delitijs idulgẽtẽ ⁊ animis liberaliter.i.licẽter ⁊ idulgẽter ꝗliter liberos hoĩes tractam⁹. vñ cẽturioni dabat̃ i ciues nõ bacul⁹ ferre⁹ aut ligne⁹: ſꝫ vite rapi⁹ poterãt tũ ĩpatores: imo debebãt i luxurioſos ⁊ deſides aĩaduertere. eã aũt diligẽtiã adhibuerat ſylla: ꝗ.i. ad eũ finẽ vt faceret ſibi exercitũ fidũ.i.fidelẽ ⁊ acceptũ.i.beneuolũ ⁊ gratũ. Loca amena ⁊ voluptuaria.i.voluptatẽ afferẽtia. mollifierãt.i.molles ⁊ eneruos ſeu effeminatos effecerãt facile i otio.i.in ceſſatiõe: aĩos militum fe-

Ignauus Auaritie deteſtatio. Effeminare eſt incõſtantem ⁊ animi muliebris efficere: inde effemiari muliebres cõditione auari egeſtas.

Recipio.

Accipio. Sumo Euentus.

Accedit huic rei peioris omen id ẽ peioris euẽtus.

roces.ſ.prius. Exercit⁹ populi romani inſueuit primũ ibi.ſ.in aſia ſub ſylla amare.ſ.ſcorta: potare.i.bibere immodice: ⁊ mirari ſigna.ſ.ad viuũ exculpta tabulas pictas: ⁊ vaſa.ſ.eſcaria ⁊ poculẽta.celata.i.ſculpturas habẽtia. Vñ eſt illud in buc. Tibi pocula ponam fagina celatũ diuini op⁹ alchimedõtis. Et in ſatyra. Iuue. Et ſtantem extra pocula caprũ: ⁊ ppl's roman⁹ inſueuit primũ ibi rapere ea.ſ.vaſa ⁊ oblectamẽta reliqua priuatim.i.in occulto: aut potius a priuatis ⁊ publice.i.manifeſte aut reipu. vt e tẽplis ⁊ ſpoliare delubra.i. tẽpla in quibus ſunt ſimulachra deorum (ſeruet regula elegãtie que multa infinita referũtur ad vnũ finitũ inſueuit) ⁊ polluere.i.cõtaminare ⁊ inceſtare oĩa ſacra: ⁊ pphana.i.nõ ſacra q̃ pcul ſunt a phano.i.ede ſacra. Igit hi.i.hmõi ſic inſtituti milites ſyllani. poſtq̃ adepti ſũt victoriã cõtra marianos nihil reliqui.i. relicti fecere.i.nihil penitus dereliquerũt victis. Quippe: q: certe res ſecũde.i.pſpere fatigãt.i.tẽtant ⁊ afficiunt moleſtia aĩos ſapiẽtũ: q: ne ſapiẽtes quidẽ facile moderãtur victorie lete nedũ.i. ne dicã q̃ illi corruptis moribus.i.habẽtes mores corruptos tẽperarẽt.i.moderarẽtur victorie vbi elegãter ponit nedũ: q: ſine particula veriũctiua ac ſimili ponitur ſecũdo loco cũ re minori poſtq̃ diuitie cepere eſſe honori. vñ Ouid. faſt.ſ. In pretio priũ nũc eſt: dat cenſus honores. Cẽſus amicitias pauper vbiq; iacet. ⁊ Iuue. ſaty.ſ. Quãdoquidẽ inter nos ſanctiſſima diuitiarum maieſtas ⁊ alibi. Haud facile emergũt quorum virtutib⁹ obſtat. Res ãguſta domi ⁊ rurſus. Quãtum q̃ſq; ſua nũmorum ſeruat i archa. Tãtũ hz fidei. ⁊ Flaccus in epl'is. Et gen⁹ ⁊ mores regina pecunia donat. Et bñ nũmorum decorãt ſuadela venuſq;. Et poſtq̃ gloria iperiũ ⁊ potẽtia ſequebãt eas.ſ. diuitias: q: pecunie oĩa patẽt ac parent virt⁹ cepit hebeſcere.i. eẽ hebes: ⁊ paupertas cepit haberi pbro.i.ad dedec⁹ ⁊ opprobriũ cũ tñ ſit mun⁹ deorum. Vñ de ea Lucanus ⁊ munera nõdũ intellecta deũ. ⁊ innocẽtia cepit duci.i.reputari p malicia: q: q̃ cũ malis nõ cõſpirabat aut

Signa vt ſant hedere.
Inſueuit in conſuetudinẽ duxit.
Fatigare laceſſere.
Nedum.
Diuitiẽ. honores cõparantur
Hebeſcere.i.debiliſcere.
Diſperire annullari

ſacra prophanaq; omnia polluere. Igitur hi milites poſtq̃ victoriam adepti ſunt nihil reliqui victis fecere. Quippe ſecũdæ res ſapientium animos fatigant: nedum illis corruptis moribus victoriæ temperarẽt. Poſtq̃ diuitiæ honori eſſe cœpere & eas gloria: imperium potentia ſequebantur hebeſcere virtus paupertas probro haberi innocentia pro maleuolentia duci cœpit. Igitur ex diuitiis iuuẽtutem luxuria atq; auaritia vna cum ſuperbia inuaſere: rapere: conſumere: ſua paruipendere aliena cupere pudorem pudicitiã diuina atq; humana promiſcua: nihil penſi: nihil moderati habere.

O Peræpretium eſt cum domos atq; villas cognoueris in vrbiũ modũ ædificatas viſere tẽpla deorũ quæ noſtri maiores religioſiſſimi mortales fecere. Verũ illi del ubra omni pietate: domos ſuas gl'ia decorabãt

aliquid ſceleris cõfecit: dicebatur ab eis maleuolus diſſimulator. Vñ de iuſto Sapientie ſecũdo. Grauis eſt nobis etiã ad vidẽdum q̃m diſſimilis eſt alijs vita illius. ⁊ Hora. ſer.ſ. ſatyra.iij. hic fugit oẽs inſidias nulliq; malo latus obdit apertũ. Cum genus hoc inter vite verſetur vbi catis inuidia atq; vigent vbi crimina p bñ ſano ac non incauto fictum aſtutũq; vocamus. Igitur ex diuitijs.i.poſt diuitias: luxuria atq; auaritia inuaſere vna.i.pariter cũ ſupbia iuuẽtutem ſcz romanam ⁊ rapere. conſumere ⁊c. inuaſerũt aut ceperũt aut rapere.i.rapiebãt aliena cõſumere.i.cõſumebãt oĩa paruipẽdere.i.paruipẽdebãt ſua.i.ppria bona. ⁊ cupere.i.cupiebãt aliena: ⁊ hr̃e.i.habebãt pudorẽ.ſ.animi ⁊ pudicitiam corporis diuina atq; humana pmiſcua.i.confuſa ⁊ ſine diſcretione: ⁊ habere.i.habebãt nihil pẽſi.i.cõſiderati ⁊ nihil moderati.i.moderate facti.

O Perepretiũ eſt ⁊c. ex cõpatiõe priſcorum docet q̃tũ immutati ac deprauati ſint mores. Priſci eñi delubra deorum oĩ pietate decorabãt: ⁊ domos ſuas puatas gl'ia nõ luxu ſupbo: at hui⁹ ſeculi iniquit hoĩes domos ſuas: ita magnifice ⁊ ſumptuoſe extruũt vt mõtes ſubuertãt ⁊ maria conſternãt ⁊ tẽpla deorum aut negligãt aut ſpoliẽt. Preterea maiores ſolebãt victis nihil pter arma ⁊ cetera belli fomẽta adimere imo vt Cicero docet volebãt victarum nationũ pꝛoni eẽ. ita vt totius orbis pſidiũ poti⁹ q̃ iperiũ meruerit dici: ac recẽtiores etiã ſocios ac ciues oĩb⁹ facultatib⁹ ſpoliãt. Ordo ẽ. opepretiũ ẽ.i.vtile ⁊ dignũ factu vtpote habẽs priũ.i.mercedẽ: ope.i.laboris ⁊ operatiõis cũ.i.poſtq̃ cognoueris.i.q̃s cognouerit domos.ſ.puatas i vrbe atq; villas.i.edificia i agris edificatas i morem vrbiũ: ita vt ſingule caſtella aut vrbes videãt aut ſumptuoſe vt i vrbib⁹: ſolẽt ⁊ viſere.i.poſtea viſuz ire aut videre tẽpla.i.edes ad cõtẽplãda diuina iſtitutas: deorum.i.diis cõſecratas: q̃ maiores nr̃i.i.priſci romãi appoſitõe: mortales.i.hoĩes religioſiſſimi (vbi fruſtra q̃dã addũt viri) fecere. q.d. q̃tũ diſcrimẽ ſit iter tẽpla tã humilia ⁊ modica ⁊ edificia puara tã ſupba atq; magnifica: ⁊ puatis iſtructa: vñ flacc⁹ Car.iij. Delicta maiorum imerit⁹ lues. Romane donec tẽpla refeceris: Edeſq; labẽtes deorum ⁊ feda nigro ſimulacra fumo ſic. ne tñ vitio dare videat ãtiq̃s q̃ talia extruxerãt. addit verũ.i.ſz illi.ſ.maiores nr̃i. decorabant.ſ.exornabãt delubra.i. phana deorum in quib⁹ eẽt ſimulacrũ delubratũ.i.decorticatũ: q: ex ligno tũc erãt idola ſeu deorum ſimulacra vſq; ad aſiam deuictã. Numa tñ (vt euſebi⁹ de pparatiõe euã. aſſerit clemẽtẽ dixiſſe) more moſaico nullum ſimulacrũ in tẽplo eẽ voluit. Plutar. q̃s ait. Ex ligno priſca deorum ſimulacra fieri ſolita. Nã lapidẽ rẽ durã ⁊ inanimatã in deorum effigiẽ celare nolebãt. Aurum vero ⁊ argẽtũ infecũde terre colores putabãt. plato vero in legib⁹ ait. Terra vr̃a deorum eſt habitatio. Nemo igit ex his ceteris diis ſimulacra faciat aurum aũt ⁊ argẽtũ inuidioſa poſſeſſio eſt. Ebur aĩam depoſuit idq; ad ſimulacra deorum ieptũ ẽ. Es ⁊ ferrũ belli ſunt inſtr̃a. Hec illi decorabãt

Mos romanorum erga victos hoſtes.
Idolap⁹ ex ligno.
Delubra.
Simulacra.
Pietas.

quã oĩ pietate.i.latria ꝛ cultu pio Eſt aũt pietas fundamẽtũ oĩm virtutũ ꝛ (vt inquit Cice. ꝓ plautio) propterea capit ꝓ debita obſeruãtia in deo: ꝛ parẽtes: q̃ religio dr̃ ꝛ decorabãt domos ſuas.ſ. priuatas: gloria.ſ. rerũ bene geſtarũ per ſe aut per maiores: quorũ imagines in ſtẽmate habebant. Neq̃ eripiebãt victis quidq̃ preter inlas iniurie qz illis arma naues equos ꝛ ſimilia auferebant: ꝛ interdũ menia diruebãt ne iterũ ſine iniuria nec rebellent ſic tributaria facta eſt prius carthago q̃ deleta. At hi ſcz noſtri ſeculi homines: cõtra.i.e cõtrario exiſtẽtes ignauiſſimi adimere ꝓ adimebãt niſi ſit adimere: id eſt abſtulerũt per ſummum ſcelus ſociis omnia ea q̃ fortiſſimi victores ſcz priſci reliquerant cum auferre potuiſſent hoſtibus. Proinde (pro perinde: niſi potius perinde legamus) perinde id eſt ita et quaſi facere iniuriam id eſſet demũ vti imperio. Nam quid memorez ea: ſcz facinora libidinoſa romanorũ: que nemini ſunt credibilia: niſi his q̃ videre ſupple ea: videlicet mõtis: id eſt mõtes eſſe ſubuerſos.i. reſolutos in planiciẽ a cõpluribus id eſt pluſculis priuatis ſcz regno ꝛ prīci patu. ꝛ maria eſſe cõſtrata: id eſt oppleta terra illa ad edificia facienda vt fecerat Lucullus neapoli. vbi edificia i media vſq̃ maria porrigebat: vnde in luxũ romanorũ dicit ſic Horati⁹ car. ij. Iam pauca aratro iugera regie Moles relinquent vndiq̃ latius. Extenta viſcentur lucrino Stagna lacu ꝛ li. iij. Cõtracta piſces equora ſentiunt. Iactis in altũ mõtibus: id eſt maximis edificijs. Conſimile feciſſe dicit̃ xerxes a q̃ velificat⁹ athos quibus ſcz ciuib⁹ romanis diuitie videntur fuiſſe ludibrio. id ẽ ad ludibriũ ꝛ irriſionẽ: vt in egypto pyramodũ extructoribus: quippe id eſt quia ipſi ꝓperabãt abuti diuitijs ꝑ turpitudinẽ: id eſt luxuriã: quas licebat habere id eſt poſſidere honeſte. ſed libido ſtupri. Cẽſet nõ ſolũ edificandi luxurioſa magnificentia peccare ſui ſeculi romanos ſz ꝛ alijs fere vitijs dicens. Sed cũ ſumma eſſet libido in extruendis edificijs: nõ minor immo equalis libido ſtupri.i. luxurie veneris illicite vt cũ viduis virginibus: aut etiam ſcortis: ꝛ ganee.i. luxurioſe ꝛ guloſe vite in ganeis et lupanarib⁹ que ſunt luſtra meretricum ꝛ gula perditorũ: ꝛ ceteri.i. cõſimilis. cult⁹.i. indulgẽtie ꝛ mollis vite in q̃ q̃s fouet̃ ꝛ colitur indulgẽter: nõ decẽter nã decẽs cultus nõ meretur vituperari: inceſſerat.i. inuaſerat romanos ꝛ viros pati muliebria.i. ſubagitari more mulierum: vt pathici ſolẽt a pediconibus. de qui b⁹ dicit Paulus Romanos.i. Maſculi relicto naturali vſu femine exarcerunt in deſiderijs ſuis in inuicẽ maſculi in maſculos turpitudinem operantes ꝛ mercedẽ quã oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes ꝛc. Et mulieres habere pudiciciam.i. caſtitatem coniugalez in propatulo.i. omnibus expoſitam quaſi in proſtribulo ita vt ſola caſta ſit quã nemo petiuit ſup. inceſſerat. Similiter exquirere oĩa terra ꝛ mari cauſa veſcẽdi.i. propter gulã ꝛ dormire priuſq̃ cupido.i. deſiderium ſomni eſſet nõ operiri.i. non ꝓſtolari ſeu expectare (ſed expectam⁹ ꝓprie deſiderãda ꝛ expectãda. Unde enei. ij. Quib⁹ hector ab horis expectate venis. Eſt em̃ expectare frequẽter extra ſpicere hoc eſt exire ꝛ inſpicere an deſiderat⁹ veniat operimur aũt qualiacũq̃ ꝛ i oĩbus his: aut ponitur infinitiuus ꝓ imperfecto. vt ſit operiri ꝓ operiebãt: aut intelligitur ceperant aut qđ potiſſimũ hic dicã hec infinita reddũt ſuppoſitũ illi verbo inuaſerat nã. vt dicamus ſic libido nõ operiri ꝛc. non placet qz dicendũ eſſet libido nõ operiẽdi ꝛc. pergamus ergo vt accepimus. bibẽdi neq̃ frigus. id eſt appetitus famem.i. eſuriem: nõ operiri ſitim: id eſt appetitũ) ſe calefaciẽdi neq̃ laſſitudinẽ.i. fatigationẽ ꝛ appetitũ ſe reponendi ꝛ quieſcẽdi: ſed antecapere.i. preoccupare oĩa hec luxu.i. luxurioſa vita ꝛ libidinoſa atq̃ idulgẽti ſibi vorabãt em̃ cibos gulam prouocãtes priuſq̃ famerent: potabãt priuſq̃ ſitirẽt. dormitabãt priuſq̃ ſomn⁹ eos inuaderet: calefaciebãt ſe priuſq̃ frigerẽt. recũbebãt vt requieſcere volẽtes ſolẽt priuſq̃ laſſi eſſent. Hec autem. id eſt huiuſmodi vite perdite. incẽdebant iuuentutẽ: id eſt iuuenes romanos vbi opes.i. facultates fortune: diuitie: familiares.i. domeſtice ꝛ ex pr̃imonio collecte defecerãt: ad facinora.i. ſcz turpia: vtpote ad rapinas ꝛ furta ac ſacrilegia. Nã anim⁹ imbut⁹.i.a primis ãnis inſtitut⁹ malis artib⁹.i. exercitijs ꝑdite vite haud.i. nõ facile.i. difficile carebat imo nõ carebat ſz indulgebat libidinib⁹ ꝛ eo.i. propter libidinẽ anim⁹ cu iuſlibet erat deditus.i. penitus addictus ꝛ indulgẽs ꝓfuſi⁹.i. abundantius. queſtui.i. adq̃ſitioni rerũ oĩbus modis. Cꝫ ꝑ phas ꝛ nephas qz vt Iuue. lõge p⁹ dixit vñ habeas q̃ris nemo ſz ops h̃re: atq̃ ſumptui.i. abſumptioni ꝛ expenſioni rerũ. Sumpt⁹ q̃dẽ erat poꝛ in intẽtione: ſz poſterior i executiõe: vñ rei geſte ordinẽ ſeruat.

Necꝫ victis quidq̃ præter iniuriæ licentiam eripiebã
At hi contra ignauiſſimi homines per ſummum ſce-
lus omnia ea ſociis adimere quæ fortiſſimi victores
hoſtibus reliquerant: perinde quaſi iniuriam facere
id demum eſſet impio vti. Nã quid ea memorem quæ
niſi iis qui videre nemini credibilia ſunt a priuatis
compluribus ſubuerſos montis: maria eſſe cõſtrata q
bus mihi videtur ludibrio diuitiæ quippe qua fuiſſe
honeſte habere licebat abuti per turpitudinẽ prope-
rabat libido ſtupri: ganeæ cæteriq̃ cultus non mi-
nor inceſſerat viros muliebria pati: mulieres pudici-
tiam in propatulo habere. Veſcendi cauſa terra mari
q̃ omnia exquirere dormire priuſq̃ ſomni cupido eſ-
ſet: non famẽ: non ſitim: neq̃ frigus: neq̃ laſſitudinẽ
operiri. Sed ea omnia luxu ante capere. Hæc omnia
iuuentutem vbi familiares opes defecerant ad facino
ra incendebant. Animus imbutus malis artib⁹ haud
facile libidinibus carebat. Eo profuſius omnib⁹ mo-
dis quæſtui atq̃ ſumptui deditus erat.

Moles ꝑ denſitate cuiuſq̃ rei ponit̃. Differũt pyramides ab obeliſcis: ille em̃ in cãpanilis vl' turris acute modũ hi ĩro diorũ ſol' ſpeciẽ tendũt. vna aũt piramidũ in egipto a trecẽt. ix. milib⁹ hominũ. xx. annorum ſpatio cõdita eſt.

profuſi⁹ ꝓdigali⁹. Expectar ſtipare munire a quo ſtipator vt hic qui aliũ munit.

ſum hoſtes nõ mœnibꝰ mõ & armis atq; viris verũ etiã multo magis aſpitate locoꝝ. Nã præter oppido loca ꝑpinqua:alia oĩa vaſta:inculta:egẽtia aquæ infeſta a ſerpẽtibus:quoꝝ vis:ſicuti oĩm ferarũ inopia cibi acrior. Ad hoc natura ſerpentiũ pernicioſa:ſiti magis ꝙ alia re accẽditur. Eius potiundi Mariũ maxima cupido iuaſerat: tum ꝑpter vſum belli: tum qa res aſpera videbatur:& Metellus oppidum Thalam magna gloria cœparat:haud diſſimiliter ſitum munitũq;:niſi ꝙ apud Thalã nõ lõge a mœnibus aliquot fontes erãt. Capſenſes vna modo atq; ea intra oppidum iugi aqua:cæteri pluuia vtebantur. Id ibiq; & in aphrica(quæ procul a mari incultius agebat)eo facilius tolerabatur:quia Numidæ plerũq; lacte & ferina carne veſcebãtur:& neq; ſalẽ neq; alia irritamẽta gulæ quærebant: cibꝰ potuſq; illis aduerſus famẽ atq; ſitim nõ libidini neq; luxuriæ erat. Igitur cõſul omnibus exploratis credo diis fretus. Nam cõtra tantas difficultates conſilio ſatis prouidere non poterat(quippe etiã frumẽti inopia tẽtabatur ꝙ Numidæ pabulo pecoris magis ꝙ aruo ſtudẽt. Et quodcũq; ſemen natum fuerat iuſſu regis in loca munita cõtulerant. ager autem aridus & frugum vacuus ea tẽpeſtate.nam æſtatis extremum erat)Tamen pro rei copia ſatis prouidenter exornat. Pecus omne quod ſuperioribus prædæ fuerat:equitibus auxiliariis agẽdum attribuit. Aulum Manlium legatum cũ cohortibus expeditis ad oppidum Larim(vbi ſtipendium & commeatum locauerat) ire iubet: dicitq; ſe prædabundum poſt paucos dies eodem venturum. Sic incœpto ſuo occultato pergit ad flumen tanam.

Maxima cupido potiundi eius.ſ.oppidi iuaſerat mariũ.tum.i.ſimul ꝑpter vſum.i. vtilitatẽ belli.ſ.gerẽdi a ſextuꝫ hoc eſt ſimul:q: videbatur res aſpa.i.difficilis:⁊ ita ſperabat ex ea ingẽtem gloriã poſſe aſſequi: ⁊ metellus ceperat ſup.cũ magna gloria thalã oppidũ ſitũ ⁊ munitũ. haud.i.diſſimiliter niſi ꝙ apud thalam nõ lõge a menibus erãt aliquot fontes ⁊ capſenſes vtebantur modo.i.dũtaxat vna aqua iugi.i.perpetua ⁊ ſed ſtagnãti atq; ea ſup. exiſtẽte intra oppidũ. ceteri.i.q̃ in ſuburbijs ⁊ agro erant.vtebantur pluuia.i.aqua pluuiali quã in ciſternis cõſeruant. Id ſcꝫ habere penuriaꝫ aquarũ : tolerabatur facilius ⁊ ibi et in oĩ aphrica q̃ agebat.i.viuebat incultiꝰ:q: ꝓcul a mari.ad mare eñ habitãtes ꝑ negotiatores ⁊ reliquos aduenas ſolent cultiores ſumere: mores:eo.i.ideirco q: nũide veſcebãtur plerũq;.i.plurimũ aut plerią; oẽs lacte ⁊ carne ferina ⁊ ita minꝰ potabãt ⁊ neq; querebãt ſalẽ neq; alia irritamẽta gule:hoc eſt ꝓuocatoria vt dicit appetitus:qualia ſunt ꝯdimẽta varia:⁊ garum ⁊ alec ⁊ alia id genꝰ quas ſalſas vocant. Sane bñ dixit maſculino genere ſaleſ. Nã non niſi apud vetuſtiſſimos aut recentiſſimos in neutro ponitur:vt apud aphricanum:quid quid loquimur ſal merũ eſt. Cibus ⁊ potus erat illis aduerſus.i.cõtra famẽ et ſitim:⁊ nõ erat libidini neq; luxurie:vt epicureis ⁊ multi etiã noſtratibꝰ xp̃ianis qui viuũt vt edãt:nec. edunt vt viuere poſſint quod ne ſocrati q̃dẽ placuit. Salem.

¶ Igit cõſul. Docet qua ſubtilitate ⁊ artificio ꝗq; dexteritate mariꝰ capſam obſedit ⁊ tãdeꝫ cepit dicẽs. Igitur:q: cõſtituit capſaꝫ oppugnare ⁊ difficultatẽ eiꝰ rei nõ ignorabat cõſul oĩbꝰ exploratis.i. ꝑ exploratores cognitis: credo fretꝰ .i. cõfiſus ⁊ adiutꝰ dijs.nã nõ poterat prouidere ſatis cõſilio ſcꝫ humano cõtra tãtas difficultates quippe.i.vt pote qui tẽtabatur etiã inopia.i.carentia frumẽti: ideo ſupple ꝙ.ſ.q: numide ſtudent magis pabulo pecoris.i. paſcuis habẽdis aut feno colligẽdo ⁊ ꝙ aruo.i. arationi agroꝝ. Et cõtulerãt.i.ſimul prius deportauerãt ĩ loca munita quocũq; ſemẽ fuerat natũ.i.oriũ:⁊ hoc iuſſu.i.precepto regis.ſ.iugurthe:tamẽ.i.ꝗcꝗ ꝯſilio prouidere nõ poterat nihilominꝰ exornat.i.inſtruit rem ſatis prouidẽter:pro copia.i.facultate rei attribuit omne pecus qđ fuerat prede.i.ad predã : diebꝰ ſuperioribꝰ.i.pauloante actis:agẽdum i.impellendum equitibus auxiliarijs.i. qui auxilio venerãt:⁊ iubet Aulũ Maliu legatum ire cum cohortibus expeditis.i.leuis armature:et ad iter accinctis ad oppidum larim:ſcꝫ nomine vbi hoc eſt in quo locauerat ſtipẽdium.i.mercedem militum:⁊ commeatum.i.victum eoꝝdem ⁊ dicit ſe venturum eodem:hoc eſt ad ideꝫ oppidum.(Eſt enim eodem hic aduerbium ad locum)predabundũ.i.aduertentem frequentes ꝑdas.poſt paucos dies. Sic icepto hoc eſt intẽtoꝝ ꝑpoſito ſuo occultato ꝑgit ad flumẽ Tanã:aut vt alij legũt tanaym

Cæterū in itinere quotidie quadraginta duū pecus exercitui p̄ cēturias itē p̄ turmas æqualiter diſtribuerat: et ex coriis vtres vti fierent curabat: ſimul & inopiā frumēti lenire: & ignaris oībus parare quæ mox vſui forēt. Denicꝫ ſexto die cū ad flumē vētū eſt maxima vis vtriū: effecta eſt. Ibi caſtris leui munimēto poſitis milites cibū cape atcꝫ vti ſimul cū occaſu ſolis egrederētur: paratos eſſe iubet: oīb⁹ abiectis ſarcinis aqua modo ſeq̄ & iumenta onerare. Deide poſtq̄ viſum eſt temp⁹ caſtris egreditur. Noctemcꝫ totam itinere facto cōſedit Idē proxima facit. Deide tertia multo ante lucis aduentum peruenit in locum tumuloſum longe a Capſa non ampli⁹ duum miliū interuallo: ibicꝫ q̄ occultiſſime poteſt cum omnibus copiis diem opperitur. Sed vbi dies cœpit & Numidæ nihil hoſtile metuentes multi oppido egreſſi: repente omnem equitatum: & cum his velociſſimos pedites curſu tendere ad Capſam: & portas obſidere iubet. Deinde ipſe intentus propere ſequi necꝫ milites prædari ſinere. Quæ poſtq̄ oppidani cognouere: res trepidæ metus ingens: malū improuiſum. Ad hoc pars ciuium extra mœnia in hoſtium poteſtate deprehenſa cogere vti deditionem facerent. Cæterum oppidum incenſum. Numidæ puberes interfecti. alii omnes venundati præda militibus diuiſa. Id facinus contra ius belli non auaritia: necꝫ ſcelere conſulis eſt admiſſum: ſed quia loc⁹ Iugurthæ opportunus nobis aditu difficilis: genus hoim mobile infidum ante: necꝫ beneficio: necꝫ metu coercitum

Ceteꝝ: hoc eſt ſed inſup. ipſe diſtribuerat exercitui p̄ centurias item p̄ turmas equaliter .i. equali portione (ſunt aūt cēturie peditū: turme equitū) in itinere: hoc eſt dū iter facerēt pec⁹ .ſ. agēdū vt dicit cōmētarius ſed meli⁹ dices: comedendū quinetiā additū inueni: quadraginta duū .ſ. capitū: vt ſingulis dieb⁹ .xlii. aſſumpſerint turme τ cēturie: τ curabat vti .i. vt vtres hoc ē vaſa ex coriis .ſ. pecudū fierēt: nō ergo agebātur τ ſi mādebātur: ſimul .i. τ pariter lenire .i. leniebat inopiā .i. penuriā frumēti: τ parare: hoc ē parabat oībus ignaris hoc eſt neſciētib⁹ qd̄ p̄cederet ea q̄ forēt vſui .i. vtilitati mox .i. paulo poſt. Denicꝫ ſexto die cū ventū eſt ad flumen .ſ. tanā aut tanayn. ſꝫ tanays in ſcythia ē maxima vis .i. copia. vtriū .i. taliū vaſoꝝ ex corio pecuino. vñ videtur nōm eſſe hic vtris. Naꝫ ab vter neſcio quō fieret vtriū: eſt eff. cta. Ibi .i. ad flumem caſtris poſitis leui monumēto iubet milites cape cibū atcꝫ iubet eſſe paratos: vti hoc eſt vt egrederētur .ſ. caſtris ſimul cū occaſu ſolis τ iubet milites onerare ſe τ iumēta: modo .i. ſolūmodo aq̄ abiectis oīb⁹ ſarcinis .ſ. militarib⁹ τ ex his q̄ vſui alio q̄ erāt in expeditiōe militari: ſꝫ abiecta i caſtris ſeruabātur. ¶ Deinde. Proſeq̄tur ceptā hiſtoriā docēs quō oppidū capſaꝫ p̄uenerit iprouiſus τ ſtatim cepit. vñ dicit. Deide poſtq̄ tp̄s eſt viſuꝫ .ſ. opportunū. ipſe egredit̄ caſtris: τ itinere facto totā noctē ꝯſedit .i. q̄etem cū exercitu cepit a ꝯſilio. idē .i. eādeꝫ rem facit prima .ſ. nocte .i. eā totā eūdo abſumit τ interdiu q̄eſcit. deinde p̄uenit tertia .ſ. nocte multo ante aduētuꝫ lucis .i. claritatꝭ diurne in locū tumultuoſuꝫ .i. habēteꝫ multos tumulos hoc ē colliculos: lōge .i. diſtāteꝫ a capſa .ſ. oppido īteruallo: hoc ē diſtātia: duū miliū .ſ. paſſuū (qđ interuallū a gallis leuca ſeu legua đr) nō amplius .i. nō maiore q̄ duū miliū (vbi eleganter ſincopat̄ duū: q2 nūerali iūgitur τ qđ tñ nō faciūt neutra q̄ ſingularē habēt). Et opperit̄ .i. expectat: ibi diē cūꝫ oīb⁹ copiis q̄ .i. q̄tuꝫ pōt occultiſſime. Sed vbi dies cepit .ſ. oriri aut clareſcere: τ numide .ſ. capſenſes nihil hoſtile metuētes: egreſſi ſupple ſunt oppido: multi .i. magno nūero iubet .ſ. mari⁹ oēm eq̄tatuꝫ. hoc ē oēs eq̄tes. τ cū his .ſ. eq̄tibus pedites velociſſimos tēdere curſu: hoc ē currēdo ad capſaꝫ .ſ. oppidū vbi p̄prio p̄poſitionē dat: τ obſidere portas .ſ. eius. Deide ipſe ſeq̄ .i. ſeq̄batur: p̄pere .i. feſtināter intenti⁹ .ſ. q̄ alii aut q̄ pri⁹: aut valde intēte: aut legat̄ intētus: vt ſit exiſtēs intētus: necꝫ ſinere .i. τ non ſinebat milites predari: hoc eſt p̄das auertere. Que ſcꝫ incepta marii poſtq̄ oppidani cognouere res ſup. erāt trepide .i. pre timore feſtine τ trepidantes: met⁹ erat ingēs: q2 malū ſup. erat improuiſuꝫ graui⁹ aūt ledūt iprouiſa: hoc ē non p̄uiſa p̄uidētia quadā. Ad hoc .i. inſup: pars ciuiū .ſ. capſenſiuꝫ: dep̄hēſa in p̄tāte hoſtiū. hoc ē marii τ ei⁹ militū: coegere. (Locutio cōgrua in re nō voce p̄s dep̄hēſa coegere hoc eſt ciues p̄im dep̄hēſi cogere reliquos) vti .i. vt facerēt deditionem: hoc ē vt ſe τ oppidū dederēt .i. traderēt fidei τ p̄tāti ipſi⁹ marii verētes ſe aliter ad ſuppliciū expoſcendos ſi forte Marius male pugnaſſet. Ceteꝝ .i. ſed q̄uis deditio acta fuerit: oppidū ſup. eſt incēſum: τ numide puberes τ ita belli gerendi potētes interfecti ſunt: alii oēs .i. imbelles τ inermes ſunt venūdati: ſcꝫ ſub corona: p̄da eſt diuiſa .ſ. ab īparore aut eius militib⁹. Id facin⁹ eſt admiſſuꝫ ꝯtra ius belli: qđ vult τ precipit vt ſeſe dedētes τ fidei ꝯmēdātes icolumes ſeruētur. ablatis dūtaxat armis τ reliq̄s belli adminiculis. Veꝝ vbi oppugnatio fiebat τ prima erat expugnatio nō cogebātur vt deditiōs acciperēt: ſi tñ ſuſceperant videbātur cōtra ius belli facere. id aūt factū eſt hic τ ita cōtra ius belli: nō auaritia necꝫ ſcelere .i. p̄fidia aut crudelitate conſulis marii: ſed q2 loc⁹ in quo capſa ſita erat: aut loc⁹ vrbis erat opportun⁹: hoc eſt cōmodus iugurthe τ difficilis aditu: hoc eſt vt adeatur nobis .i. a ro. τ gen⁹ hoim ſcꝫ numidaꝝ mobile τ infidū ante necꝫ b̄ñficio necꝫ metu coercituꝫ: hoc eſt cohibitū ab iniuria aut vi Romanis inferenda.

Vtrium.

POſtq̃ tantã rẽ pegit. Cõmemorat quãtiſſi habit⁹ marius poſt capſenſiũ captionẽ ⁊ interẽptio nẽq̃d deinceps egerit dicẽs. Mari⁹ poſtq̃ pegit tantã rẽ.i.cepit oppidũ fere inexpugnabile:⁊ ſi ne vllo incõmodo ſuorũ:q: p deditionẽ ipſe habit⁹.i.eſtimat⁹ ⁊ reputat⁹ antea magn⁹ ⁊ claru s cepit haberi.i.reputari maior ⁊ clarior. Oĩa nõ ſolũ.i.nõ tñ bñ cõſulta.i.maturo ꝯſilio ſcepta verũetiã data.i.cõceſſa pficere:caſu.i.a caſu:trahebant.i.puertebant ⁊ iterpretabantur illi ad ꝟtutẽ. Milites habiti.i.tractati:iperio modeſto.i.moderato ⁊ nõ ſupbo nec rigido:nõ tñ remiſſo penit⁹ ⁊ ſimul.i. nihilominus aut pit̃er locupletes.ſ.effecti ferre.i.ferebãt ⁊ extollebãt marius ad celũ ſubaudi vſq;.i.q̃ altiſſime poterãt numide timere.i.timebãt marium magis q̃ vllũ mortalẽ.i.purũ hoiẽ:⁊ poſtremo.i.tãdẽ diſpſa ei⁹ fama:oẽs ſocij atq; hoſtes:credere.i.credebãt mẽtem diuinã eẽ illi.ſ. Mario aut cũcta portẽdi.i.ſignificari futura ⁊ addici illi nutu i.p nutũ ⁊ volũtatẽ deoꝝ. Sz ꝯſul.ſ. mari⁹ vbi.i.poſtq̃ ea res euenit bñ pgit ad alia oppida.ſ.numidie ⁊ capit pauca numidis repugnãtib⁹.i.i qb⁹ offẽdit repugnãtes numidas:ſz corrũpit plura.ſ. oppida igni.ſ.icẽdio:q: vacua inuenerat ⁊ ita ea nõ cepit:ſz igreſſus ẽ ⁊ q: habitatorib⁹ carebãt igni corrupit ea carebãt aũt ppt miſerias capſenſiũ. i.q: cognitis miſerijs ⁊ calamitatib⁹ capſenſiũ pauci i oppidis mãſerãt:ſz ea fere deſeruerãt verẽtes ẽẽ facta deditiõe poſſe interimi ⁊ ſic oĩa cõplent luctu ⁊ cede.i.ſtrage. Deĩde ipſe potit⁹ mult̃ locis ac pleriſq;.i.pl'ibus ex illis exercitu icruẽto.i.ſine vulnere exercit⁹ cũ null⁹ reſiſteret aggredit aliã rẽ.i.arduã ſi eadẽ aſpitateq̃ ſup. fuerat capſẽſiũ ſup. res. Ceterũ:h̃ ẽ ſz haud ſec⁹.i.nõ alit̃ aut nõ min⁹ difficilẽ. Nãq; mõs ſaxe⁹.i.ex ſolido ſaxo ꝯſtãs ſat̃ patẽs.i.pſpicu⁹ ⁊ apparẽs. caſtello.i. oppidulo mediocri.i.mediocris quãtitat̃ in eo poſito edit⁹.i.ſurſũ aut ſaltũ dat⁹ in imẽſũ:erat haud.i.nõ lõge a flumine mulucha.ſ.noĩe qđ.ſ. flumẽ diſiũgebat h̃ eſt dirimebat regnũ iugurthe ⁊ bocchi erat dico i imẽſũ edit⁹:⁊ vno aditu pangusto h̃ ẽ valde arcto relicto.ſ.ad acceſſũ. Nã ſup. mõs ille erat pceps.i.pcipitiũ hñs ⁊ precipitãs accedere volẽtes p oĩa.ſ.loca aut oĩs ptes ſuas natura.i.p naturalẽ ſitũ:velut ope.ſ.hũano atq; ꝯſulto.i. pinde ac ſi p op⁹ hũanũ aut idustriã ſic ꝯſtitut⁹ eẽt:quẽ locũ mari⁹ itẽdit cape ſumma vi:q;.i.q: theſauri regis. ſ. iugurthe erãt ibi.ſz ea res ẽ geſta meli⁹ forte.i.fortuitu euẽtu q̃ ꝯſilio:q: locus iexpugnabilis cẽſeri debuit. Et ita vt verus hiſtoricus nõ laudat nimis in Mario quod fortune ſeu felicitatis potius q̃ virtutis erat. Nã ſi ꝯſulto agere voluiſſet eũ locũ i tãta difficultate nõ tẽtaſſet. ¶ Nã in eo caſtello. Docet quõ nõ ꝯſilio res geſta ſit q: caſtellũ iexpugnabile videri debuerat dicẽs. Nã ſat̃ magna vis.i.copia viroꝝ atq; armoꝝ ⁊ frumẽti ⁊ fons aq̃.ſ. iugiter erãt ſup.i caſtello ⁊ loc⁹ ſup. erat iportunus' iacceſſibil'.i.q̃ſi nllũ portũ hñs ⁊ aggerib⁹.i.aggeres bellicos faciẽdo ſ vt ad thalã fecerat Metell⁹ ⁊ turrib⁹.ſ.ſupedificãdis:⁊ alijs machinatiõib⁹ ſ vt vineis arietib⁹. Iter caſtellanoꝝ.i.p qđ ibãt caſtellãi.i.habitãtes i caſtello erat ſup. ad



POſtq̃ tantã rẽ peregit Marius ſine vllo ſuorum incommodo: magnus & clarus antea maior clariorq; haberi cœpit. Omnia non bene conſulta modo: verũetiã caſu data in virtutem trahebantur. Milites modeſto imperio habiti: ſimul & locupletes ad cœlũ ferre Marium Numidæ magis q̃ vllum mortalem timere poſtremo omnes ſocii: atq; hoſtes credere, illi aut mẽtẽ diuinã eſſe aut deorum nutu cuncta portẽdi. Sed cõſul: vbi ea res bene euenit: ad alia oppida pergit pauca repugnantibus Numidis capit: plura propter capſenſium miſerias igni corrumpit: luctu atq; cæde omnia complentur. Deniq; multis locis potitus ac pleriſq; exercitu incruẽto: aliam rem aggreditur nõ eadem aſperitate qua Capſenſium: cæterum haud ſecus difficilem. Nanq; haud longe a flumine mulucha (quod Iugurthæ bocchiq; regnum diſiungebat) erat inter cæteram planiciem mons ſaxeus mediocri caſtello: ſatis patens in immenſum editus: vno perangusto aditu relicto. Nã per omnia natura: velut opere atq; conſulto præceps erat quem locum Marius q; ibi regis theſauri erant ſumma vi capere intendit: ſed ea res forte q̃ conſilio melius geſta eſt. Nam in caſtello virorum atq; armorum ſatis magna vis & frumenti & fons aquæ: aggeribus turribuſq; & aliis machinationibus locus importunus: iter caſtellanorũ

modū.i.valde anguſtū vinee.ſ.bellice:hoc ē machine ſlle.pciſe.i.ꝑus acciſe ⁊ arctiores facte: vtrinq̨ ab vtro q̨ latere agebant.i.ꝑpellebant ſurſum cū ingēti ꝑiculo.ſ.agētiū eas: ⁊ tñ fruſtra.i.inuanū agitabātur: nā cū he.ſ.vinee ꝓceſſerāt paululū ipſe corrūpebant.ſ.de ſup.aut igni.ſ.deiecto aut lapidib⁹. Et ita milites neq̨ cōſiſtere ſup.poterāt aut neq̨ cōſiſtebāt ꝓ ope.ſ.pregēdo:aut poti⁹ ꝓ ope.i.añ opus (alij legūt ꝓpe) ꝓpter iniquitatē.i.difficultatē loci:neq̨ admini ſtraret .i.adminiſtrabāt inter vineas ſine ꝑiculo:q: ꝑiculū erat ex eo q̨ vinee igni aut lapidib⁹ corrumpe bant:optimus quiſq̨ cadere.i.cadebat

anguſtū admodum vtrinq̨ preciſe vineæ cū ingēti periculo fruſtra agebātur. nā cū hæ paululū proceſſerant igni aut lapidibus corrūpebātur. Milites neq̨ pro opere cōſiſtere ꝓpter iniquitatē loci: neq̨ inter vineas ſine periculo adminiſtrare: optimusquiſq̨ cadere aut ſauciari: cæteris metus augeri. At marius multis dieb⁹ & laboribus cōſumptis anxius trahere cum aīo ſuo omitteret ne incœptum: qm̄ fruſtra erat: an fortunā operiret: qua ſæpe proſpere vſus fuerat. Quæ cū mltos dies noctes q̨ æſtuās agitaret: forte quidam ligur ex cohortibus auxiliariis miles gregarius aliquātulū egreſſus caſtris haud ꝓcul a latere caſtelli qđ aduerſum ꝑliātib⁹ erat: aīaduertit īter ſaxa repētes cocleas: quarū cū vnā atq̨ alterā: deinde plures peteret ſtudio legēdi paulatim ꝓpe ad ſummū mōtis egreſſus ē. Vbi poſtq̄ ſolitudinē intellexit more ingenii hūani cupido difficilia faciūdi aīm vertit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter ſaxa paululū mō ꝓna: deinde flexa atq̨ aucta in altitudinē quo cuncta gignentū natura fert. ¶ Cuius ramis modo modo eminētib⁹ ſaxis nixus Ligur caſtelli planiciē ꝑſcribit q̨ cūcti Numidæ intēti ꝑliātibus aderant. Exploratis oībus quæ mox vſui fore ducebat: eodē regredit nō temere vti aſcēderat. ſed tētans oīa & circūſpiciens: itaq̨ ꝓpere adit mariū: acta edocet: hortat ab ea parte qua ipſe deſcenderat caſtellū tentet: pollicet ſe ducē itineris: periculiq̨ nihil eſſe Marius cū ligure promiſſa eius cognitū ex preſentibus miſit: quorū vti cuiuſq̨ ingeniū erat: ita rem difficilē aut facilē nūtiare. Conſulis tñ animus paululum ar-

ſauciari.i.ſauciebat metus augeri.i.augebat ceteris min⁹ ſtrenuis ⁊ rē ſpectātib⁹. At mari⁹ multis diebus ⁊ laborib⁹ cōſumptis.i.poſtq̄ mltos dies ⁊ multos labores fruſtra cōſumpſerat anxi⁹.i.ſollicit⁹ trahere.i.trahebat: hoc eſt verſabat aio ſuo: ne ꝑ animū omitteret inceptū qm̄ fruſtra erat.ſ.inceptū an operiret.i. expectaret fortunā qua fuerat vſus ſepe proſpere. Que.i.quas res cū eſtuans.i. feruēs in deſiderio agitaret mltos dies ⁊ noctes ſup.multas: quidā ligur.i. ex liguria: miles gregari⁹: ⁊ ita humilis cōditionis ex cohortib⁹ auxiliarijs egreſſus forte caſtris aliquātulū haud ꝓcul a latere caſtelli qđ erat aduerſum.i.oppoſitum ⁊ ex aduerſo ſitū: preliantibus ſ.romanis aīaduertit.i. deprehēdit cocleas.i.cōculas de gñe limaciū: repentes inter ſaxa quarū cū peteret vnā atq̨ alterā.⁊ deinde plures (veſcuntur eñ illis) egreſſus eſt ſtudio legēdi.i. colligēdi cocleas: paulatim ad ſummū mōtis vbi.i. in quo ſummo ſeu in qua ſummitate: poſtq̄ itellexit ſolitudinē: cupido.i.auiditas faciundi difficilia vertit.i.attraxit aim ſup.ei⁹ more ingenij hūani.i. vt eſt ingeniū hūanū. Et forte.i.qđ fortuitum erat: q: ꝑter ſpem: ilex.i.arbor glādifera de gñe quercuū: grādis.i.alta ⁊ magna: coaluerat.i.cōcreuerat.⁊ robur acceperat in eo loco inter ſaxa exiſtēs ꝓna.i.in curuata ad terram paululū.i.modicum deide flexa atq̨ aucta in altitudinē quo i.quorſum aut in quā altitudinē natura gignētiū fert.i.dirigit cuncta: oīa enim ſurſuz creſcūt. Cuius.ſ.ilicis ramis nix⁹ mō.i. iterdū: ⁊ mō.i.ſubide: nixus.i.ſeſe fulciēs ſaxis eminētibus.ſ.extra rupes ipſe ligur ꝑſcribit.i.intēto aio ac ſenſib⁹ notat planiciē caſtelli.i.in qua caſtellus ſitū erat q̨ cūcti numide.ſ. eiuſmodi caſtelli aderāt intēti.i.intēdētes aim ſuuz preliātib⁹.ſ.cū romanis. Et ligur exploratis oibus que ducebat.i. exiſtimabat fore.i.futura eē mox.i.paulopoſt: vſui.i. ad vtilitatē rei: quā cōceperat: vcȝ eo milites ducere ad caſtellū intercipiēdū: regredit eodē.ſ.itinere: nō temere.ſ. ſine attentiōe: aut reſpectu: ſicut aſcenderat coclea legēdo ſȝ tētāſ.i.experiēs oia an paterēt acceſſui ⁊ circūſpiciēs oia. Itaq̨ i.⁊ ſic q̄ſi medio optato lucro: adit.i.ꝓpere.i. ꝓperāter: mariū.ſ.cōſulē ⁊ docet acta.ſ.quid egerit: hortat ſup. mariū: vt ſup.tentet.i.conetur capere caſtellū ab ea pte qua ipe.ſ.ligur deſcēderat: ⁊ pollicetur ſe ſupple fore ducem id eſt ductorem ⁊ indicem itineris: ⁊ nihil periculi eſſe Marius auditis illis miſit cum ligure ſupple quoſdaȝ ex preſentibus id eſt illis qui aderant ⁊ cognitum id eſt ad cognoſcendū. (Eſt eñ pri⁹ ſupinū) ꝓmiſſa ei⁹.ſ.liguris quor.ſ.miſſorū vti ingeniū.i.capt⁹ naturalis aut animi⁹ cuiuſq̨ erat ita ſup.quiſq̨ nūtiari.i.nūtiabat rē ſup.eſſe difficilē aut facilē: meticuloſi enim dicebāt difficilē: animoſi facilē. Tamē.i. nihilominus q̄ q̨ incerta nuntiabantur tamē animus cōſulis ſcȝ marij eſt erecti⁹.ſ.in ſpes

Exploratio fortuita.

paululũ. Itaq;.i.ita delegit ex copia.ſ.multitudine tubicinũ ⁊ cornicinũ.i.tuba aut cornu bellũ canere ⁊ aſcendere ſolitorũ quinq; numero q̃ velociſſimos.i.valde aut maxime veloces: ⁊ ſup. delegit cũ his.ſ. tubicinibus quatuor centuriones: ⁊ ita quadrigẽtos milites forẽt preſidio.i.protectioni: ⁊ iubet oẽs parere.i.obedire liguri.ſ.inuẽtori eius rei: ⁊ conſtituit ei negotio.i.ad id negotiũ peragendũ diẽ proximũ.i.proxime venturũ. Sed vbi.i.poſtq̃ tpſ viſum eſt.ſ.adeſſe ex precepto.ſ.marij: aut poti⁹ vt alij textus hñt ducis: vel ipſius liguris: ipſe pergit ad locũ.ſ.per quẽ aſcẽdere voluit: ⁊ hoc oibus.ſ. reb⁹ peractis: et cõpoſitis.i. ſimul diſpoſitis ad talẽ expeditionẽ. Ceterũ illi q̃ preerãt centurijs.i.centuriones (eſt ei periphraſis centurionis) edocti duce.i. ductore.ſ.ligure: vnde hic nõ honoris: ſed miniſterij notamen eſt dux: mutauerunt arma.ſ.cõſueta ⁊ ornatũ.i.indumentũ dicens: exiſtentes ſup.capite ſup.nudo et pedibus nudis potius diceret ſm Seruium nudatis: q: nudũ eſt qd nunq̃ tegitur: nudatũ qd aliqñ. Verũ ſi nudatũ eſt nudũ effectũ cũ prius eſſet tectũ qs negabit quod factũ eſt nudũ: eẽ nudũ? Eſt ergo nudũ genus vt i.i. vt hoc eſt dõ erant nudo ſeu nudato capite: vt proſpectus.i.de procul inſpectio foret facilius per ſaxa: ⁊ gladij ⁊ ſcuta ſup. eorum erant ſuper terga eorũ ligata: verũ.i.ſed ea.ſ.ſcuta erant ſup. numidica.i. qualibus numide vtunt̃ ex corijs.ſ. taurorũ gratia ponderis.ſ.minoris: ⁊ ſimul quo.i.ideo vt ipſa offenſa.i.contracta a lapide ſtreperẽt leuius.ſ.q̃ ferrea. ¶ Igitur pregrediens. Preſcribit vt ductore ligure qui viã colligendis cocleis ſocio penitus inuenerat milites per multos labores ad caſtellum ⁊ perueniunt iurantis caſtellanis ad pugnã ipſum capiunt dicens. Igit̃ ligur.i.miles ex liguria pregrediens.i.ante ingrediens vinciebat.i.ligabat ſaxa: ⁊ ſi que radices.ſ.arborũ eminebant.i.apparebant vetuſtate: q: terra forte vento aut imbribus ſublata fuerat: quibus. ſcz laqueis et ligis milites alleuati.ſ.labore aſcendẽdi aut erecti: aſcenderent facilius: ⁊ leuare.i.leuabat et ſurſum trahebat interdũ manu.ſ.timidos.i.timentes hoc loco: quia addit inſolentia.i.propter inſolentiã itineris: ⁊ mittere.i.mittebat pre ſe .i. ãte ſe ſingulos inermes.i.ſine armis: hoc eſt acceptis armis illorũ vbi aſcenſus erat aſperior.i.difficilior paulo.ſ.q̃ par erat aut q̃ alibi: deinde ipſe ſequi.i.ſequebatur cum armis.ſ.inuaſiuis: hoc eſt telis ſeu gladijs eorũ ⁊ tentare.i.tentabat potiſſimum.i.precipue ea que videbantur dubia.i.incerta: aut quibus nõ erat confidendũ nixu.i.dũ nitebãtur per ea aſcendere: ac ipſe ſepius aſcendens eadem.ſ.via que difficillima viſa: et deinde digregiens ſtatim vt oſtẽdit nihil eſſe periculi: addere.i.addebat ceteris audaciam. Igitur ipſi omnes ſimul fatigati diu ⁊ multum: quod difficile toleratu eſt: tandem perueniunt in caſtellum: deſertum.i.derelictum ab omnibus ab ea parte: q̃.i.q: omnes ſcilicet caſtellani: aderant aduerſum hoſtes.ſ.romanos: ſicut alijs diebus.ſ.affuerant. Marius vbi cognouit ex nuntijs ea que ligur egerat.i.quomodo ad caſtellum peruenerat: ⁊ q̃ habuerat ſuos intẽtos prelio: tota die.ſ.illa: tamen ſup. exhortatus eſt: tum vero.maxime tunc quaſi tunc ad verũ milites.ſ.et ipſe egreſſus extra vineas.i.machinas munientes militũ capita a lapidibus ⁊ alijs telis deſuper mittẽdis: vt vinearum curuature vuas ſolent ſuccedere.i.ſuccedebant ad murũ teſtudine.i.quodã integumento ⁊ ſcutis connexis: acta.i.inſtructa ad procedendũ ⁊ terrere.i.terrebat ſimul hoſtem.ſ.exiſtentem in caſtris eminus.i.de longe: tormentis.i.machinis vi ſaxum aut telum extorquentibus: quas vulgo baliſtas vocant: et ſagittarijs.i.manuali arcu ſagittas extrahẽtib⁹ ⁊ funditoribus.i.fundis lapides iacientib⁹. At.i.ſed numide q̃ erãt in caſtello; vineis romanorũ ſubuerſis.i.corruptis ⁊ infractis ſepe añ. itẽ.i.ſilr incenſis.ſ.igni: quos

rectus eſt. Itaq; ex copia tubicinũ & cornicinũ quinq; numero q̃ velociſſimos delegit: & cũ his præſidio qui forent quatuor centuriones omneſq; liguri parere iubet: & ei negotio proximũ diẽ conſtituit. Sed vbi ex præcepto ducis tpſ viſum eſt paratis cõpoſitiſq; omnibus ad locũ pergit. Cæterũ illi q centuriis præerãt edocti a duce arma ornatũq; mutauerũt capite atq; pedibus nudis vti pſpectus nixuſq; p ſaxa facilius foret. Super terga gladii & ſcuta: verũ ea numidica ex coriis põderis gratia: ſimul & offenſa: quo leuius ſtreperent. Igitur prægrediens ligur ſaxa & ſi quæ vetuſtate radices eminebant laqueis vinciebat quibus alleuati milites facilius aſcenderent: interdum timidos inſolẽtia itineris leuare manu vbi paulo aſpior aſcenſus erat ſingulos præ ſe inermes mittere. Deinde ipſe cũ illorũ armis ſequi quæ dubia nixu videbant̃ potiſſimũ tentare ac ſæpius eadẽ aſcendens & deſcendẽs: deinde ſtatim digrediẽs cæteris audaciã addere. Igit̃ diu multũq; fatigati tãdẽ in caſtellũ perueniũt: deſertũ ab ea parte q ſicut aliis diebus oẽs aduerſum hoſtes aderant. Marius vbi ex nũtiis ea q̃ ligur egerat cognouit q̃q̃ tota die intentos prælios ſuos habuerat: tũ vero cohortat⁹ eſt milites. & ipſe extra vineas egreſſus teſtudine acta ſuccedere: & ſimul hoſtem tormentis ſagittariiſq;: & funditoribus eminus terrere: At numidæ ſæpe antea vineis Romanorũ ſubuerſis itẽ incenſis nõ caſtelli mœnib⁹

Dux.

Nudum.
Nudatus

Romani caſtellũ p inacceſſa loca ſubintrant.

Illudunt mario et rõanis numide pui cantes.

prius dictū eſt nō tutabantur ſeſe menib⁹.i.munitionib⁹ caſtellū ſed agitare.i.agitabant noctes ⁊ dies pro muro.i.ante murū: ⁊ ita extra munimēta: ac maledicere.i.maledicebāt romanis hoc eſt dicebāt illis cōuicia ⁊ execrationes: ⁊ obiectare.i.obiectabāt. Mario vecordiā.i.puſillanimitatē ⁊ cordis exilitatē: aut demētiam ⁊ minari.i.minabant militib⁹ noſtris.i.romanis: q: romanus eſt quo loquitur: ſeruitiū iugurthe qḋ ſeruituri eſſent iugurthe aut ſub iugurtha: ⁊ eſſe.i.erant aut ceperāt eſſe feroces.i.ferocientes ⁊ ſuperbi rebus ſcḋis.i.ppter res ſecūdas. Iuxta illud terentianū verbū in ecyra iam s nobis recitatum. Profecto: vt puto hoc ſic eſt oibus nobis vt res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus. Sed aiaduertendū in oibus hiſtorijs qvbi ſecuritas illis repētinus ſuboritur interit⁹: q: ex tremū gaudij luct⁹ occupat. ¶ Interim ⁊c. Proſequitur vt caſtellū illud tā inexpugnabile viſum expugnatū ſit: non vi: ſed arte dicens. Interim .i. interea dū miſſi cū ligure caſtellū inuadunt oibus romanis: ⁊ hoſtibus.ſ.oibus intētis. id eſt intēte incūbentibus prelio ⁊ certantibus vtrinq; magna vi: ⁊ his ſ. romanis certantibus pro gloria.ſ.augenda: et p imperio augēdo: ⁊ illis: ſ.caſtellanis certantibus pro ſalute ſ.ſeruanda: ſigna.i. tube ⁊ cornua ſignū capti caſtelli dātis canere.i.canebāt aut tubicines canere. i.canebant: ſigna.ſ.capti caſtelli a tergo ſ.certantiū numidarū: ac primo mulieres ⁊ pueri qui proceſſerant viſum.i.ad ſpectaculū belli fugere.i.fugiebant: deinde vti.i. quēadmodū quiſq; erat ꝓxim⁹ muro: ⁊ remotiſſim⁹ ab hoſte ſup. fugere.i.fugiebat poſtremo.i.demū cuncti.i. ſimul oēs armati ⁊ iermes: fugere ſup. i.fugiebant qḋ vbi accidit: romani inſtare.i.inſtabant eo.i.tanto acri⁹: ⁊ funde. i.fundebāt (poſſit aūt dici inſtabāt fundere: ſed nō congruit qḋ additur tm̄mō ſauciare nō em̄ inſtamus: vt q̄ tm̄mō faciamus: ſed potius deſiſtamus. Dicam⁹ ergo p figurā hiſtoriographoꝝ) ac ſauciare.i.ſauciabant tm̄mō.i. circa mortē: vnde fuſi occiſi dn̄r: quaſi in terrā ꝓſtrati: pleroſq;.i.plurimos: ⁊ deinde vadere. i.vadebāt ſup.corpa occiſoꝝ: aut ⁊ auidi glorie aſcēdere.i.aſcēdebāt murū certantes.i.certatim aut certādo cū hoſtibus: neq; p̄da morari.i.morabat: hoc ē tenebat in mora quēq;.ſ.romanoꝝ: ſic temeritas marij correpta. id ē caſtigata ⁊ emēdata forte.i.p fortunā: ſicut dicim⁹ corripe fratrē peccantē: hoc eſt corrige aut temeritas marij: forte.i.fortuna: hoc eſt occaſione que preceps eſt vnde illḋ. Fronte capillata poſt hec occaſio calua eſt: correpta. id eſt celeriter arrepta inuenit gloriam ex culpa.

Capto caſtello numide ex improuiſo ceduntur.

ſeſe tutabantur: ſed ꝓ muro dies noctesq; agitare: ac Romanis maledicere. Mario vecordiam obiectare: militib⁹ noſtris ſeruitiū Iugurthæ minari: ſecūdis rebus feroces eē. Interim oib⁹ romanis hoſtibusq; ꝓ lio intētis: vi vtrinq; ꝓ glīa ꝓ imꝑio his: illis ꝓ ſalute certātib⁹: repēte a tergo ſigna canere: ac prio mulieres & pueri q viſum ꝓceſſerant fugere. Deīde vti quiſq; muro ꝓximus erat: poſtremo cuncti armati inermesq;: qḋ vbi accidit: eo acrius inſtare romani: fundere ac pleroſq; tantummō ſauciare. Deinde ſup occiſoꝝ vadere corpora: auidi gloriæ: certantes murū aſcēdere: neq; quēq̄ oīm præda morari. Sic forte correpta marii temeritas gloriam ex culpa inuenit.

Ceterū dum ea res agitur. L. Sylla q̄ſtor cū magno equitatu in caſtra venit q vti ex latio & ſociis exercitū cogeret Romæ relict⁹ erat. Sed qm̄ nos tanti viri res admonuit ido neū viſum ē de natura cultuq; ei⁹ paucis dicere. Neq; em̄ alio loco de Syllæ reb⁹ dicturi ſum⁹. Et. L. Siſenna optime & diligētiſſime oīū q eas res dixere ꝓ ſecutus: parum mihi libero ore locutus videtur. Igitur Sylla gentis patritiæ nobilis fuit familia prope iā extīcta maioꝝ ignauia. Literis græcis atq; latis iux ta atq; doctiſſime eruditus animo ingenti cupid⁹ voluptatum: ſed gloriæ cupidior: otio luxurioſo eſſe tamē ab negotiis nūq̄ voluptas remorata eſt niſi ꝙ de

Sylla.

Admōeo cum grō.

Sylle cōditiōis de ſcriptio gentis.

Ceterum. Tranſit ad mentionē Lucij ſylle qui poſtea contra Marium grauiſſimum bellū geſſit dicens Ceterum.i.ſed dū eas res agitur a Mario Lucius ſylla queſtor.i.vt dicunt receptor vectigalium publicorum: venit in caſtra.ſ.romana cū magno exercitu: q̄ erat relictus a Mario rome vti.i.vt cogeret.i.congregaret ex latio.i.regione latinoꝝ: ⁊ ſocijs.ſ.imperij: exercitū.ſ.maiorem. Sed qm̄ res admonuit.i.memorē fecit tanti viri.ſ.Sylle: viſum eſt idoneū.i. opportunum dicere paucis ſup.verbis de natura ⁊ cultu.i.exercitio eius.ſ.ſylle. Neq; eni dicturi ſumus alio loco de reb⁹ i.facinoribus ſylle. Et lucius ſiſenna hiſtoricus nobilis: ꝑſecutus.ſ.res ſylle optime ⁊ diligentiſſime oium qui dixere.i.ſcripſerunt eas res: videtur mihi locutus ore parū libero: ⁊ ita ficto ⁊ diſſimulato: q: nō ſuſus tanti viri ſcelera dicere. Igitur vt liberius dicā: ſylla fuit nobilis: q: gētis patritie.i.ſenatorie ex patrib⁹ orte familia ſup.eius extincta prope.i.quaſi tota ignauia.i.deſidia maioꝝ.ſ.eius erudit⁹ lris grecis ⁊ latinis iuxta pariformiter: atq; doctiſſime.i.maxime doctus.i.indifferenter ſciebat ⁊ vtraſq; doctiſſime: ⁊ extāns ingēti alo cupidus voluptatū: ſed cupidior glorie eſſe.i.erat otio luxurioſo.i.habēs otiū luxurioſum.i.dū in otio erat indulgens luxurie tamen voluptas nunq̄ eſt remorata ſup.eum: a negotijs .ſ. expedientibus aut neceſſarijs: niſi.i.hoc ſolo excepto: ꝙ potuit.ſ.ab hoie diligenti ⁊ negotio conſuli.i.ꝑſpici ⁊ ꝓuideri (ſunt a ſic

potuit ꝛ cōſuli imperſonaliter poſita) honeſtius.i.decētius de vxore quā ꝑ ſecordiā aut luxuriā min⁹ hone ſtā duxit. Et erat ſup. facūdus.i.bñ loquēs callidus.i.aſtutus bñ ꝓſpiciēs ꝛ expertus rerū ꝛ facilis amicitia.i. in amicitiis: hoc eſt ad amicos cōciliandos aut ad obſequēdū amicis: altitudo.i.profunditas ingenij: ad negotia ſimulāda id eſt nō vere agenda: ſed ſimulāter erat ei: ꝛ cē.i.erat incredibilis: largitor.dator ad captionē preſertim multarū rerū ac maxime.i.potiſſimū pecunie: quā tū mortales fere plurimū cupiunt: atq; fortuna nunq̄ fuit ſuper induſtriā.i.maior q̄ induſtria (ita q̄ nūq̄ fuit fortunatus magis q̄ induſtrius) fuit dico nūq̄ illi feliciſſimo.i.q̄ fuerat feliciſſimus oim añ victoriā ciuilē.i.in bello ciuili cōtra mariū: qua cū eſſet optima peſſime vſus ē: q: i tyrānidē vertit ꝛ ꝓſcriptionū tabulas ꝓtulit ꝛ innumeros ciues interemit: vt prius ex apiano ꝛ aliis tetigimus: ꝛ multi dubitauere an eēt fortior.i.hñs maiorē vītutē q̄ felicitatē an felicior.i.hñs maiorē felicitatē ꝛ ꝓſperitatē q̄ vītutē. Nā habeo incertū.i.dubito an pudeat ſup. me magis propter turpitudinē facti: an pigeat.i.vt quidā dicūt miſereat q: infeliciter cōuertit tā nobilē victoriā in tam turpē dñationē in q̄ mariū priſcū expulit iuniorē ꝛ cinnā quintū cōſulē ꝛ caiū carbonē hoiēs adeo nobilē necauit: aut an pigeat.i.triſte ꝛ tedioſū ſit ꝓpter laborem nō habētem operepretiū: diſſerere narrādo diſcutere ea q̄ fecerat poſtea.i.poſt victoriā. Igitur hic cōtinuatiꝰ eſt ꝑicula reducēs ad ꝓpoſitū: ſylle (vt dictū eſt ſupra) poſtq̄ venit i aphricam atq; in caſtra Marij cū eq̄tatu ſcʒ coacto ex ſociis latinis: exiſtēs rudis et ignar⁹ belli ante.ſ.q̄ illuc venerat: fact⁹ eſt paucis tēpeſtatib⁹ ſolertiſſim⁹ oim i.ſciētiſſim⁹. Ad hoc.i.vltra ſciētiā belli appellare.i.appellabat benigne milites ꝛ dare.i.dabat multis rogātib⁹ bñficia ꝛ dabat ipſe ꝑ ſe. vltro ꝛ nō rogat⁹: ꝛ accipere.i.accipiebat.ſ. bñficia inuitus: ſʒ ipſe reddere.i.reddebat ꝓperantius.i. citius ea ſcʒ bñficia q̄ inuitus accepit: q̄ es mutuū.i.mutuo acceptū: q: magis debere ex bñficio q̄ eſt mutuo accepto videbat. reddebat tñ etiā mutuum verū ipſe repetere.i.repetebat mutuū aut bñficiū a nullo (q̄dā legūt rape: ſʒ minus q̄drat) magis laborare.i.laborabat: id.i.ad hoc vt q̄ plurimi deberēt illi ſylle. dicerē ſibi niſi ſit vt illi.i. accipiētes: agere.i.agebat loca ꝛ ſeria: que cōtraria ſunt: cū humilimis.i.īfimis: adeſſe.i.aderat mult⁹.i.frequens ꝛ laborioſus in operibus.ſ.faciendis in acie ꝛ ad vigilias: neq; ledere.i. ledebat interim (quod ambitio praua.i.peruerſa ſolet. ſ.facere) famā conſulis.ſ. marij aut cuiſq̄ boni: tantummodo neq; pati.i.nō patiebatur aliū ſup. quemuis priorem ſupple eſſe: neq; cōſilio neq; manu. id eſt factori ꝛ anteuenire .i. ſuperabat pleroſq; quibus rebus et artibus factus eſt breui. ſcilicet tempore chariſſimus mario et militibus.

vxore potuit honeſtius cōſuli. Facūdus callidus: & amicitia facilis: ad ſimulāda negotia altitudo ingenii incredibilis multarū rerum ac maxime pecuniæ largitor atq; illi fœliciſſimo omniū ante ciuilē victoriā nūq̄ ſuper induſtriā fortuna fuit: multiq; dubitauere fortior an fœlicior eſſet. Nā poſtea q̄ fecerat icertū habeo: pudeat magis an pigeat diſſerere. Igitur ſylla vt ſupra dictū eſt. poſtq̄ in aphricā atq; in caſtra marii cū equitatu venit rudis ante & ignarus belli: ſolertiſſimus oīm i paucis tēpeſtatibus factus eſt. Ad hoc milites benigne appellare: multis rogātibus aliis ipſe per ſe dare bñficia: inuitus accipe: ſed ea ꝓperātius q̄ æs mutuum reddere ipſe a nullo repetere magis laborare id vt illi q̄ plurimi deberent: ioca atq; ſeria cū humillimis agere. In operibus: in acie atq; ad vigilias multus: adeſſe neq; iterim (quod praua ambitio ſolet) cōſulis aut cuiuſq̄ boni famā lædere: tantūmodo neq; cōſilio neq; manu priorem aliū pati: pleroſq; anteuenire. Quibus rebus & artibus breui mario & militibus clariſſimus factus eſt.

Sylle aduētus in caſtra.



AT Iugurtha poſtq̄ oppidū Capſam alioſq; locos munitos & ſibi vtiles ſimul & pecuniam magnam amiſerat ad bocchum nuntios mittit q̄ primū i numidiā copias adduceret

AT iugurtha. Dicto ſylla redit ad iurgurtham: de quo dicit ſic. At id eſt. ſed. q. d. vt ad rem redeā iugurtha poſtq̄ amiſerat oppidum Capſam. ſcilicet nomine: et alios locos munitos ꝛ vtiles ſibi: et ſimul magnam pecuniam: quia theſauri eius Capſe fuerant: et in caſtello iam dicto: mittit ad bocchum ſcilicet regem mauritanie cum quo iam ſocietatem inierat nūtios. id eſt nunciantes: hoc eſt ſignificantes ſupple vt adduceret q̄ primum. id eſt valde cito: copias. id eſt copioſos exercitus in numidiā: ꝛ ſup. nuntiantes tempus faciendi prelii.i. quo deberēt facere preliū cum ro

Iugurth. auxiliū a boccho poſtulat numide ꝑte tria cōditiōe cōuenta.

Prælii faciendi tēpus adeſſe. Quem vbi cūctari acce
pit. & dubiū belli atq; pacis rationes trahere: rurſus
vti ātea ꝓximos ei⁹ donis corrūpit. Ipſiq; bocco pol
licetur numidiæ tertiā partem ſi aut romani aphrica
expulſi aut integris ſuis finibus bellū cōpoſitum fo
ret. Eo præmio illectus Bocchus cū magna multi
tudine iugurthā accedit: ita amboꝝ: exercitu coniū
cto Mariū iā in hiberna ꝓficiſcentē vix decima par
te diei relicta inuadūt: rati noctē q̄ iam aderat & vi
ctis ſibi munimento fore: & ſi viciſſent nullo impedi
mēto: q locorum ſcientes erāt. Contra romanis vtrū
q; caſum in tenebris difficilem fore. Igit̄ ſimul cōſul
ex multis de hoſtium aduētu cognouit & ipſi hoſtes
aderāt & priuſq; exercit⁹ aut inſtrui aut ſarcinas col
ligere: deniq; anteq̄ ſignū aut imperiū vllū accipere
quiuit. Equites mauri atq; getuli: non acie neq; vllo
more prælii: ſed cateruatim vti quoſq; ſors conglo
bauerat: in noſtros concurrunt. Qui omnes trepi
di improuiſo metu: attamē virtutis memores: aut ar
ma capiebant: aut capientes alios ab hoſtibus defen
ſabant. Pars equos aſcēdere obuiā ire hoſtib⁹ pugna
latrocinio magis q̄ prælio ſil'is fieri: ſine ſignis: ſine
ordinibus eqtes pediteſq; ꝑmiſti cædere alios: alios
obtruncare: multos contra aduerſos acerrime pu
gnantes ab tergo circūuenire: neq; virtus: neq; ar
ma ſatis tegere: q hoſtes nūero plures & vndiq; cir
cūfuſi erāt. Deniq; romani veteres: nouiq; & ob ca

manis: adeſſe .i. preſens eſſe. Quē .ſ. bocchū: vbi iugurtha accepit .i. intellexit: cunctari .i. immorari heſitabū
dum: ⁊ dubiū .ſ. quid ageret: habere rationes .i. cōſiderationes ⁊ reſpectus belli atq; pacis .i. an deberet bel
lum an pacē potius acceptare corrūpit rurſus .i. iterū vti .i. quēadmodū ante: proximos .i. coniunctiſſimos
ſeu ſanguine: ſeu familiaritate eius .ſ. bocchi: donis .i. ꝑ dona ſeu munera: ⁊ pollicet̄ ipſi boccho tertiā par
tem numidie ſi aut romani ſup. forent expulſi aphrica .i. extra aphricā: aut bellū foret cōpoſitum .i. finitū (vt
primo enei. Ante diē clauſo cōponat veſper olimpo. Et in buc. Nō noſtrū inter vos tantas cōponere lites. Hic aūt magis ꝓprie ponit̄: q: vulgo cōpoſitionem dicit ꝯuentionē ſeu pactionē inter pri⁹ diſcordātes). Cōpoſitū ergo ac ſi cū vulgo dicam⁹ ꝯcordatū: ⁊ ē pacificatū: finibus ſuis .i. regni ſui integris .i. nō imminutis. Bocchus illectus eo premio .ſ. tertia parte regni accedit. id ē adit aut aggredit̄ Iugurthā. (Sane accedo duo ſignificat: aut incremētū facio ſeu addor cum datiuo aut actō mediante ad: vt acceſſit miſeriis meis: aut ad miſias meas pondus calamitatis: ⁊ inde dr̄ verbale acceſſio .i. incrementū. Aut aggredior ſeu adeo idq; cū actō nō etiā repetita ꝓpoſitione. vt eneið .i. Acceſtis ſcopulos. Inde venit acceſſus) ⁊ ita ipſi ambo in uadūt mariū ꝓficiſcētē iā .ſ. pactis multis preclaris negotiis: in hiberna .i. loca vbi hyemaret .i. hyemē trāſigeret: ⁊ hoc vix decima pte diei relicta .i. veſperi inuadūt dico rati .i. opinantes noctē q̄ aderat iā id eſt inſtabat: fore .i. futurā eſſe: ⁊ .i. ſimul ſibi victis .i. ſi forte vincant̄: munimento .i. ad munimētū .i. ꝓtectionē: ⁊ fore nullo impedimēto .i. detrimēto ſi vicíſſent: q .i. q: ꝓcipue numide erāt ſcientes .i. periti locorū ⁊ ita ſine difficultate poſſent victi ſeſe recipere in loca tutiora: ⁊ victores ꝓſequi fugiētes quocunq; fugerēt ⁊ ſup. rati: cōtra .i. ecōtrario vtrūq; caſum .ſ. ſiue vincātur ſiue vincāt fore .i. futurū eſſe rōanis difficilē in tenebris q: ignari eēt locoꝝ. Igit̄ ꝯſul .ſ. Marius ſil' cognouit ex multis .ſ. ſpeculatoribus de aduētu hoſtiū: ⁊ ipſi hoſtes aderant. Et ꝑuſq; exercit⁹ quiuit aut inſtrui aut colligere ſarcinulas quas portauit: ac cipere vllum imperiū: equites mauri atq; getuli qui erāt bocchi cōcurrūt in noſtros .i. romanos nō acie .i. ꝑ aciem: neq; vllo modo ꝓliꝫ ſcꝫ arte ineūdi: ſed cateruatim .i. ꝑ cateruas: vbi .i. ſm q ſors cōglobauerat .i. in globum ꝯiūxerat eos. ¶ Qui oēs trepidi. Recitat vehemētem getuloꝝ ⁊ numidaꝝ in romanos īpetuꝫ quē eo difficilius tolerauerūt q īprouiſus eſſet cū minime expectaretur hoſtis toties victi īcurſu. dicit aūt ſic. Qui ſcꝫ nr̄i: hoc eſt romani exiſtētes oēs trepidi .i. tremore ꝯcuſſi ⁊ feſtinātes īprouiſo metu .i. ex metu de īprouiſo malo orto attamen memores ꝟtutis ſcꝫ priſtine aut capiebāt arma aut defenſabant ab hoſtibus alios capientes ſcꝫ arma. Pars .i. partim romani aſcendere .i. aſcendebāt equos ⁊ ire .i. ibāt obuiam hoſtibus. Pugna fieri .i. fiebat magis ſimilis latrocinio .i. vt fit ab latronibus qñ incurrunt: q prelio .i. more preliātium ex inſtituto aut peritia militari: ſine ſignis ſcꝫ que ſequerētur: ⁊ ſine ordinibus ſcilicet rite inſtructis: equites ⁊ pedites permiſti: cedere: id eſt cedebāt hoc eſt percutiebant alios: ⁊ obtruncare id eſt obtruncabāt alios: ⁊ circūueniebant alios ab tergo: multos ſcilicet romanorum pugnantes acerrime contra aduerſos: id eſt ante ſe poſitos: aut ex aduerſo venientes ⁊ non dubitātes de his qui a tergo adoriebantur: neq; virtus: id eſt fortitudo ⁊ ſtrenuitas militaris: neq; arma tegere: id eſt tegebant et protegebant eos ſupple ſatis: quod: id eſt quia hoſtes ſupple erant plures numero: quam ſcilicet romani ⁊ erant circunfuſi vndique: id eſt ex omni parte. Deniq: id eſt tandem romani veterani milites ⁊ noui: id eſt tyrones aut recētiores: ab ea: id eſt ob eas res q etiaꝫ veterani adeſſent: ſcilicet

Bocchus et Iugurtha Marium ⁊ romanos inuadūt nocte.

Accedo.

id eſt periti belli.i.artis bellãdi:facere.i.faciebãt orbes.i.globos rotũdos ſi loc⁹ aut cõiunxerat quos.i.ali quos.i. ſi ꝑ opportunitatẽ loci aut caſu aliquo:vt pote impetum faciẽdo aut repellẽdo hoſtes aut fugiẽdo cõiũcti erãt:ꝛ ita ipſi ſimul ꝛ tecti.i.ꝓtecti ꝛ iſtructi.ſ.telis:ab oĩ ꝑte:qꝛ orbẽ faciebãt:ſuſtẽtabãt:vim.i.ipetũ hoſtiũ.Vñ ait vtiť frequẽtatiuo ꝛ in ꝓpria ſigãtiõe.nã nõ eſt dubiũ hoſtes frequẽter tẽtaſſe ꝛ inſultaſſe vñ qꝛ toties repellebanť eos ſuſtentauerũt.i.frequẽter ſuſtinuerũt. Neqꝫ in eo. Proſequiť virtutẽ ꝛ animoſitatem ducis ſeu imperatoris vcꝫ marij: q̃ in tanto diſcrimine imꝑterrit⁹ mãſit: ꝛ ita ſuis ꝛ auxilio ꝛ ꝯſilio fuit. Vñ cognoſcitur quãti momẽti ſit dux in exercitu. Vñ nõ ab re dictũ eſt. Magis timendũ eẽ exercitũ ceruoꝝ duce leone q̃ leonũ duce ceruo:qḋ ẽt homer⁹ i achillis gloriã traxit:q̃ bellãte greci victores euadebãt:ꝛ ceſſante vincebanť. Sed ad ordinẽ reuertamur. Neqꝫ mari⁹ fuit territ⁹ qḋ adhuc plus eſt q̃ ſi dixiſſet ꝑterrit⁹ qꝛ multi ſunt territi q̃ nõ ſunt perterriti:aut fuit aio magis demiſſo.i. deorſus miſſo.q.d.humili ꝛ abiecto:cũ tñ dicat. Comicus vt res dãt ſeſe ita magni atqꝫ humiles ſumus:in eo tã aſpero.i. difficili negotio vbi romani fere victi videbãtur. Sꝫ mari⁹ vagari.i.vagabať paſſim.i.quaſi ꝑ ſingulos paſſus nũc huc nũc illuc:cũ turma.ſ.equitum ſua.i.quã ſibi delegerat vt illi preeſſet:vñ addit quam ſ.turmã ipſe parauerat .i. cõparauerat et collegerat magis ex fortiſſimis q̃ ex familiariſſimis.ſ.militibus.Ac ſuccurrere.i.ſuccurrebat modo.i.interdũ ſuis.ſ. militibus alijs laborantibus.i. in periculo ſuccũbendi verſantib⁹ mõ.i.interdum inuadere.i.inuadebat hoſtes vbi ipſi obſiſterẽt cõfertiſſimi.i.denſiſſimi ꝛ ita potẽtiſſimi.Cõſulere.i.conſulebat.i. cõſiliũ dabat militib⁹.ſ.ſuis manu .i. dãdo indiciũ:qm̃ oĩb⁹ cõturbatis.i.cũ oẽs eſſent ꝯturbati:nõ poterat iperare ſupple eis impio.ſ.verbali. Poſſet etiã conſtrui vt oibus ꝛ cõturbatis nõ ſint ablĩ abſolute poſiti:ſꝫ dti recti a verbo iperare oibus ꝯturbatis.i.ſimul turbatis. Itẽ hꝫ cõſulere ſepi⁹ referť ad rẽ exteriorem q̃ ad animũ vt cõſule honori tuo.i. proſpice:ꝛ ita cõſulere manu poſſet qui

ſcientes belli ſi quos locus aut caſus conſũxerat: orbes facere. Atqꝫ ita ab oĩbus partib⁹ ſimul & tecti & inſtructi hoſtium vim ſuſtentabant. Necqꝫ in eo tam aſpero negotio marius territus: aut magis q̃ ãtea dimiſſo aĩo fuit: ſed cũ turma ſua quã ex fortiſſimis: magis q̃ ex familiariſſimis pauerat: vagari paſſim ac modo ſuis laborantib⁹ ſuccurrere: modo hoſtes vbi cõfertiſſimi obſiſterant inuadere: manu conſulere militibus: qm̃ imperare conturbatis omnibus non poterat. Iamqꝫ dies conſumptus erat cũ tamen barbari nihil remittere: atqꝫ vti reges praeceperãt: noctem ꝓ ſe rati acrius inſtare. Tum marius ex copia rerũ cõſilia trahit: atqꝫ vti ſuis receptui loc⁹ eſſet: colles duos propinquos inter ſe occupat. Quoꝝ in vno caſtris parũ amplo fons aquae magn⁹ erat: alter vſui opportunior: qa magna parte edit⁹ & praeceps pauca muniměta gerebat. Caeterũ apud aquã. Syllã cũ equitibus noctẽ agitare iubet. Ipſe diſperſos milites paulatim nõ minus hoſtibus cõturbatis in vnũ contrahit. Deinde cunctos pleno gradu in collẽ ſubducit.

Colligit mari⁹ ſuos milites in montẽ ſubducẽs

opem ferret:hic tamen propter ſequentia conſilium negat. ¶ Iamqꝫ dies conſumptus erat. Mario autẽ ſic.Iamqꝫ dies alterqꝫ dies proceſſit.Eſt autem heptimemeris heroicai vt opinor preter intentionem authoris nata:que ſic poteſt perfici.Iamqꝫ dies conſumptus erat cum barbara turba:aut cum barbarus hoſtis.Verum orator ꝛ hiſtoriographus non obſeruant numeros poeticos.Docet autem ferociam hoſtium ex ſpe victorie quã in manibus habere ſibi viſi ſunt auctã:nec deſtitiſſe etiã conſumpto die.Nam ſic edocti fuerant a regibus.Verum marius receptui canere iuſſit:ꝛ ſe in locũ editiorẽ cum ſuis recepit:cuius difficultate impediti hoſtes pugna deſtiterunt agentes ſeſe pro victoribus.Verum breui erant ea victoria gauiſuri.nam poſtero diluculo pleriqꝫ occidendi vnde ordo eſt.Iamqꝫ.i.et iã dies erat conſumptus.ſ. pugnãdo aut preliando:cũ tamen barbari.i.immanes ꝛ inculti hoſtes getuli ꝛ numide.vnde Maro.Hinc numide infreni cingunt ꝛc.nihil.i.non aliquid:vel non in aliquo remittere .i. remittebant atqꝫ rati noctem ſupfore aut futurã pro ſe.i.ad vtilitatẽ ſuam inſtare.i.inſtabant acrius.ſ.q̃ prius.Tum.i.tunc Marius hoc videns trahit conſilia ex copia rerum.i.pro neceſſitate in qua erat:atqꝫ vti.id eſt vt locus ſupple aliquis tut⁹ eſſet ſuis:ſcilicet militibus receptui.id eſt ad receptum:aut ad ſe recipiendos e periculis occupat duos colles propinquos.i.non longe diſtantes inter ſe.In quorum ſcilicet collium vno id eſt altero: parũ id eſt nõ ſatis amplo:id eſt capaci caſtris:id eſt pro caſtris metandis magnus fons aque erat:queritur quare additur aque:Sed ideo qꝫ inerat commoditatis ratio:aut quia etiam aliarum rerũ fontes ſunt:vt ſalis: bituminis:argenti viui ꝛc.alter ſcilicet collis erat opportunior id eſt conueniẽtior vſui id eſt ad vſum romanorum:hoc eſt vt ſeſe illinc defendant:ꝛ vt illic caſtra muniant quia ipſe editus.i.in altum datus ꝛ ereptus ꝛ preceps magna parte ſcilicet ſui:gerebat.id eſt cupiebat.(Vnde eſt geſtio deductum quod eſt geſtu cupiditatem aut affectionem prodere) pauca munimenta:quia per ſe munitus erat.Ceterum Marius iubet Syllam cum equitibus agitare apud aquam.i.fontem illum aque:ipſe contrahit id eſt colligit milites diſperſos:necqꝫ minus:hoc eſt et nihilominus hoſtibus exiſtentibus ſupple cõturbatis id eſt q̃ q̃ milites diſperſi erant:tamen hoſtes etiam conturbati fuerant:aut potius ſic:q̃ q̃ marius ſuos paulatim colligit:tamen interim non minus hoſtes cõturbat ne perciperent qꝫ ſuos reciperet paret.Deinde ſubdũcit:hoc eſt clam e pugna diducit cunctos id eſt ſimul omnes in collem ſcilicet editiorem: pleno hoc eſt non impedito

nec interrupto gradu:hoc eſt ingreſſu. Ita.i.⁊ ſic reges.ſ.bocchus ⁊ iugurtha coacti difficultate.i. propter difficultatē locoꝝ:deterrent:hoc eſt terrore depellunt ꝑlio:neq; tñ ſinūt:hoc ē patiunt ſuos.ſ.milites abire lōgi⁹:tñ vtroq; colle circūdato multitudine.ſ.militū:ipſi milites hoſtiles effuſi:hoc eſt diſꝑſi ꝯſedere.i.ſi mul loci q̄etis ceperūt deinde crebris ignib⁹ factis barbari letari:hoc eſt letabant ſuo more plerūq;.i. per plurimā partē noctis:exultare.i.exultabāt ⁊ tripudiabāt ſtrepere.i.ſtrepebāt pedib⁹ ⁊ vocib⁹: et ipſi reges feroces ſup.erāt q̄ nō fugere: hoc eſt fugiebāt aut q̄ agere.i.agebāt:hoc eſt ferebāt ſup.ſe ꝓ victoribus:niſi ſit fugere penultima longa p̄teriti pfecti tpis. Et eſt ordo. Reges feroces erāt:aut agere i.agebāt ſup.ſe ꝓ victorib⁹ q̄ nō fugere i.fugerēt. Sʒ ea cūcta q̄ faciebant hoſtes erant romanis facilia viſu.i.vt viderent aut ad videndū ex tenebris q: q̄ in tenebris ſunt vidēt q̄ ſūt in luce ⁊ nō vident et locis editiorib⁹: vñ proſpectus latior: ex erant magno hortamēto.ſ.ad futurā victoriā.

Ita reges loci difficultate coacti ꝑlio deterrent:neq; tamen ſuos longi⁹ abire ſinūt. Sed vtroq; colle multitudine circūdato effuſi conſedere. Deinde crebris ignib⁹ factis plerūq; noctis barbari more ſuo lætari: exultare:ſtrepere pedibus:vocib⁹: & ipſi reges feroces q̄ nō fugerāt ꝓ victoribus agere. Sed ea cuncta romanis ex tenebris editiorib⁹ locis facilia viſu magnoq; hortamento erant. Plurimū vero Mari⁹ imperitia hoſtiū cōfirmatus q̄ maximū ſilentiū haberi iubet:ne ſigna quidē vti per vigilias ſolebant canere. Deinde vbi lux aduentabat:defeſſis iam hoſtib⁹: ac pauloāte ſomno captis:de improuiſo vectigales: item cohortiū turmarum: legionū tubicines ſimul oēs tuba canere & milites clamorē tollere aut portis erūpere. Mauri atq; Getuli ignoto atq; horribili ſonitu repēte exciti neq; fugere neq; arma capere. neq; oīno facere aut ꝓuidere qdq̄ poterat:ita cūctos ſtrepitu clamore:nullo ſubueniēte:nr̄is iſtātib⁹:tumultu: terrore:formidine:quaſi vecordia acceperat: deniq; oēs fuſi fugatiq; arma & ſigna militaria pleraq; capta:pluriſq; in eo prælio q̄ oībus ſuperioribus interēpti ſunt. nā ſomno & metu inſolito impedita fuga.

DEinde Mari⁹ vti cœperat i hiberna it ꝓpter cōmeatū in oppidis maritimis agere decreuit neq; tamē victoria ſecors: aut i-

Bocchi exercitus ac numidarū funditur.

❡ Plurimū vero mari⁹. Proſequitur exitū belli peritia mariana ⁊ imperitia hoſtili felicē ⁊ infelicē dicēs. Vero ꝓ ſed Marius cōfirmat⁹ ſup.exiſtēs i.animū firmū capiens plurimū.i. ſummopere impitia.i.ꝓ impitiā hoſtiū iubʒ q̄ maximū.i. altiſſimū ſilētiū haberi .ſ.a ſuis ⁊ iubet ne quidē.i. etiā ſigna canere.i.cantu vigilias indicare vbi ſolebāt canere ꝑ vigilias. Sane ſigna canūt vt iſtrumēta:ſi ſigna ꝓ tubis capiant: aut potius iubet cornicines ⁊ tubicines: ne quidem.i.nō etiā:ſigna canere vti.i.quēadmodū ipſi ſolebāt.ſ.canere ea per vigilias. deinde vbi.i.poſtq̄ lux.ſ.matutina.i.aurora aut diluculū aduētabat hoſtibus iā defeſſus ex tripudijs: ⁊ pridiano bello: ac captis.i.oppreſſis ⁊ ſopitis pauloante ſomno ſup. Mari⁹ iubet tubicines vectigales .i. q̄ precinere ſolent vectigalib⁹ erāt.ꝛc.i.⁊ ſimiliter oēs tubicines cohortiū turmarū legionū.i.omniū tam peditū q̄ equitū:⁊ tā romanorū q̄ ſocioꝝ ⁊ auxiliarioꝝ: canere tuba. (Alij hñt ſigna) de improuiſo.i. repēte: et milites tollere .i. leuare clamorē aut erūpere portis.i.euadere vt ꝑ portas caſtroꝝ hoſtiliū. Mauri atq; getuli q̄ erāt populi bocchi: exciti.ſ.violēter (que res apud Verg.ſemꝑ mali omnis indiciuʒ eſt vt Seruius adnotauit. forte q̄ ſomnus creditur deoꝝ donū:vt eñ.ij. Tempus erat cum prima quies mortalibus egris Incipit: ⁊ dono diuum gratiſſima ſerpit) ignoto ſonitu ⁊ propterea horribili:neq; poterāt fugere neq; capere arma: neq; facere aut prouidere omnino quidq̄:ita quaſi vecordia.i. amentia quedam

Procedit mariꝰ in hiberna.

Vecors.

aut congregationem ſenatorum. Mouẽt. i. afficiũt te. Patere. i. manifeſta eſſe. Conſtrictã. i. compreſſam ita vt exire in opus non poſſit arbitraris ignorare. q. d. ſi recte arbitraris tuo iudicio arbitraris nemine. O tempora: o mores tragica fere exclamatio quam per apoſiopeſim tẽpat: nã plenũ erat o tẽpora infeliciſſima: o mores perditiſſimos. Senatus intelligit. ſ. coniurationẽ iã deteſtandã. Conſul de ſe loquit: ſed plus longe dicit dicendo cõſul q̃ ſi dicat ego. Nã in conſule erat talis ſceleris puniendi poteſtas. Hic. i. talis cõiuratus. In ſenatum. q. d. auctoritatem eius contemnens: aut ſniam non timens. Conſilij qd de repu. fit: precipue ſuper punitiõe cõiuratorum. ad cedẽ. i. necẽ ꝓpe diem ꝑpetrandã. Nos aũt quaſi ꝑ ironiã reprobat lenitatem ſenat⁹ cui nõ ſatis eſt euitare violentiã malefactorum ſeu pernicioſorũ hoim: ſz oẽm iniuriã ab aliis prohibere decet per eorum necẽ. In te cõferri id eſt torquere peſtẽ. i. perniciẽ: quã ſcʒ peſtem: machinaris. i. animo concipis. Priuatus. i. dum non erat conſul aut dictator nec in alio magiſtratu cui faſces erãt aut ius aduerſio in ciuem: et tamen cum Tiberius gracchus legem agragiã promulgare vellet et ſeditionem cõcitaret iuſſu eius occiſus eſt. Nimis antiqua que contigerunt paulopoſt exactos reges. de hoc autẽ prius vidimus. Fuit fuit: repetitio vim habet affectiõis. Nos nos deſumus: id eſt officio noſtro non fungimur nos: nos inquã qui iſta in te dicimus. Lucio opimio conſule. Caius gracchus frater Tyberij interfectus eſt ob ſuſpitiones (vt hic dicit) ſeditionum: id autem orator ſic facit argumentans a minori. Nam ſi ob ſuſpitiones ille talis interfectus eſt: ergo hunc manifeſte deprehenſum interfectum oportet. Clariſſimo patre: quia de Scipionum familia: immo ſcipionis filio. Conſularis id eſt de ordine conſulum et qui aliquando cõſul fuerat. Num. q. d. minime. L. ſaturninum de quo prius. remorata eſt i. mora tenuit. Creſcit idies ſingulos. Venuſte indies notam incrementi vi creſco et comparatiuum habet. Intra menia non inſra: ſed bene infra te Indies.

n

ctum: quaſi inferius q̃ tectum. Inteſtinam: id eſt ciuilem: q: ciues ſunt in vna vrbe vt inteſtina in vno ventre. Molientem cuȝ mole et difficultate parentem. Serius. i. tardius q̃ facere debueram: q̃ crudelius. i. nimis crudeliter. Quã itaq; tribus gradibus iungit: poſitiuo vt tam doctus q̃ magnus: comparatiuo vt taȝ doctior q̃ maior te fuȝ. Superlatiuo tam doctiſſimus omnium q̃ maximus erat Ceſar: ſicq; comparatiue ponitur. Verum ego. Ordo eſt. verum. i. ſed ego nondum adducor. i. perſuadeor certa de cauſa. i. propter certam cauſam q̃ me mouet vt faciã id qđ oportuit. iampridem. i. iam pluſculo tempore factum eſſe Cauſa auteȝ mouens erat ne inuidie alicuius ſubiaceret: aut quia homo nou⁹ erat: ne ab inuidis in ſuis poſtmodum vocetur ſi ciuem priuſq̃ eius peccatuȝ omnibus innotuiſſet vltimo ſupplicio affeciſſet. Vnde addit. Tum deniq; id eſt tunc tandem interficiaȝ te ꝛc. Similis tui de moribus ſimilis tibi de colore: et ſpecie exteriori. Quiſq̃ quaſi dicat etiam tecum iuratus in perniciem vrbis. Commouere: id eſt excitare. Illuſtrantur. id eſt nobilitantur: et pateſiunt: ac in lucem veniunt. Ante diẽ duodecimum kalendarum nouembris quod nunc diximus duodecimo Kalendas Bene meminit vt agretius adnotauit apud Ciceronem preſentis temporis verbum habet vt meminiſti dicere non dixiſſe Maro tamen ſemel dixit meminiviſſe: et Perſi⁹ ſomniaſſe. Ordo eſt. Meminiſti ne me dicere. in ſenatu ante diem. xij. kalen. nouẽbris. Manlium ſatellitem audacie atq; miniſtruȝ tuũ fore. id eſt futurum in armis: qui dies eſſet futurus ante diem octauuȝ kalen. nouembris. Nõ fefellit me dies: id eſt bene ſciui etiaȝ diem. Cõtuliſſe: id eſt peragendam diſpoſuiſſe: aut propoſuiſſe noſtra cede: qui dicere potiſſet noſtri Preneſte opidum in aretino

Memini

rix faucibus collocata. Creſcit indies ſingulos hoſtium numerus. Nos autem caſtrorum imperatorem ducemq; hoſtiũ intra mœnia atq; adeo in ſenatu videmus inteſtinam aliquam quotidie perniciem reipubli. molientem. Si te iã catilina comprehendi: ſi interfici iuſſero credo eſſe verendum mihi ne non potius hoc omnes boni ſerius a me q̃ quiſq̃ crudelius factum eſſe dicat. Verum ego quod iampridẽ factum eſſe oportuit certa de cauſa nõdum adducor vt faciam. Tum deniq; interficiam te: cum iam nemo tam perditus tam improbus: tam ſimilis tui inueniri poterit: qui id non iure factum eſſe fateatur. Quamdiu quiſq̃ erit qui te defendere audeat: viues & viues: ita vt viuis multis meis & firmis præſidiis oppreſſus: ne te commouere contra rempu. poſſis Multorum te etiam oculi & aures non ſentientẽ ſicut adhuc fecerunt ſpeculabuntur atq; cuſtodient. Etenim quid eſt catilina quod iam amplius expectes ſi neq; nox tenebris obſcurare cœt⁹ nefarios nec priuata domus parietibus continere voces cõiurationis poteſt: ſi illuſtrantur: ſi erumpunt omnia. Muta iſtam mẽtem mihi crede: obliuiſcere cædis & incẽdiorum. Teneris vndiq;: luce ſunt clariora nobis conſilia tua omnia. que iã licet mecũ recognoſcas. Meminiſti ne me ante diem duodecimum. kalẽd. nouembris dicere in ſenatu fore in armis certo die qui dies futurus eſſet iam ante diem octauum kalend. nouembris. Manlium audaciæ ſatellitem atq; miniſtrum tuum. Nõ me fefellit catilina non modo res tanta et tam atrox: tamq; incredibilis verũ id qđ multomagis eſt admirandum dies. Dixi ego idem in ſenatu cædem te optimatum contuliſſe in ante diem. v. kalend. nouẽb. cũ tamen multi principes ciuitatis ro. non tam ſui conſeruandi: q̃ tuorum conſiliorũ cauſa reprimendorũ profugerũt: nõ inficiari potes te illo ipſo die meis præſidiis: mea diligentia circuncluſum commouere te contra rempublicã non potuiſſe cũ tu diſceſſu, cæterorum noſtra tñ qui remanſiſſemus cæde cõtẽtũ eſſe dicebas. Quid cum tu te præneſte kalen. ipſius nouẽbris occupaturum nocturno impetu eſſe conſideres. Senſiſti ne illã coloniã meo iuſſu meis præſidiis cuſtodiis vigiliiſq; eſſe munitam: Ni-

monte. Non modo audiam legendum non modo non audiam aliter ſenſus non ſtaret. Nam nihil nō modo audio eſt non audio. Dico te priori nocte. Coniurationē tibi manifeſtiſſimā ſignificat conſul: vt Catilina perterritus in voluntarium exilium proficiſceretur. Nouit autem omnia per fuluiam qui cum Curius vnus ex coniuratis conſuetudinem habebat: vt in Catilinario viſum eſt. Inter falcarios .i. inſtructos falcibus. Sunt autem falces et harpaæ armorum genera murorum oppugnationibus apta vt docet Nonius. Marcellus Unde Siſenna lib. hiſto. iiij. Falces iniectas comminuunt. Sunt etiam gladij incurui quibus hic potius inſtructos dixero: ſunt ad hoc inſtrumenta ſecandarum frugum quarum ſecūdum Uarronem: alie ſunt ſenarie: alie adorie: alie dumarie que et ſirpicule dicūtur: vt quibus ſecant dumeta. Quoſdā vt forte vargunteiū dicit. Nam is ſenator erat. In hoc conſilio orbis terre: quia pſidio erat ſenatus toti mūdo. Noſtrū omnium bene noſtrum nō noſtrorum: verumtamē dicere potuiſſet noſtri: quia paſſiue accipit ſed quia omnium adiecit maluit noſtrum dicere. Eſt autem genitiuus pluralis pronominis primitiui. Conſul: id eſt cum ſim conſul: et id eſt et tamē rogo ſententiam: quaſi nō habēs auctoritatē animaduertendi ſine conſenſu patrum. Uoce quia nondum ſupplicio dignos pronunciauerat. Partes: id eſt per italiam prouincias a coniuratis obeundas. Etiam nūc id eſt adhuc dicebat enim ſe ad exercitū proficiſci cupere ſi prius Cicero oppreſſiſſet. Reperti ſunt duo ſcilicet Caius Corneli⁹ eques romanus: et Lucius varguteius ſenator quem hic equitem dicit: vel q oīs ſenator eques: ſicut omnis epiſcopus ſacerdos eſt: licet non contra: vel quia nec noteturdiſcrimen ponere noluit. Comperi quia Curius propere per fuluiam enuntiauerat. Excluſi eos. vnde Salluſtius. Illi ianua prohibiti tantum facinus fruſtra ſuſceperant. Id temporis: id eſt per id tēpus. Manliana que Caius mālius feſulis habebat. Non feram et cetera. auxeſis eſt quia ferimus quecūqꝫ patimur moleſta ſinimus que delere nequim⁹: cōfundunt. tū ioui ſtatori dico qđ ſiſte

hil agis: nihil moliris: nihil cogitas: qđ ego nō modo non audiam ſed etiā videā planeqꝫ ſentiam. Recognoſce mecum tandem ſuperiorem noctem illam iā intelliges multo me vigilare acrius ad ſalutem q̄ te ad perniciē reipubli. Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios (nō agam obſcure) in M. publii leccæ domum conueniſſe eodē complures eiuſdem amentiæ ſceleriſqꝫ ſocios. Num negare audes: quid taces: Conuincā: ſi negas video enim eſſe hic in ſenatu quoſdā qui tecum vna fuerunt. O dii immortales vbinam gentium ſumus: quam rempubli. habemus: in qua vrbe viuimus: hic ſunt noſtro in numero. P. C. in hoc orbis terræ ſanctiſſimoqꝫ cōſilio: qui de noſtrū omniū interitu: qui de huius vrbis incēdio: atqꝫ adeo orbis terrarū exitio cogitent: hoſce ego video cōſul & de republi. ſententiā rogo: et quos ferro trucidari oportebat: eos nondum voce vulnero. Fuiſti apud leccam illa nocte catilina: diſtribuiſti partes italiæ: ſtatuiſti quo quemqꝫ proficiſci placeret: delegiſti quos romæ relinqueres: quos tecū adduceres deſcripſiſti vrbis partes ad incendium confirmaſti iā te ipſum eſſe exiturū: dixiſti paululum tibi eſſe moræ eſſe etiam nūc q ego viuerē. reperti ſunt duo equites romani qui te iſta cura liberarēt & ſeſe illa nocte paulo ante lucē me in meo lectulo interfecturos eē pollicerētur. Hæc ego oīa vix dū etiā cœtu dimiſſo cōperi: domū meā maioribus præſidiis muniui atqꝫ cōfirmaui Excludi eos quos tu mittebas ad me ſalutatū mane: cū illi veniſſent: quos ego iā mltis & ſummis viris ad me id tēporis venturos eē pdixerā. Quæ cū ita ſint catilina pge quo cœpiſti. Egredere aliqn̄ ex vrbe patēt portæ: pficiſcere. Nimiū diu te imperatorem illa tua manliana caſtra deſiderāt: educ tecū etiā oēs tuos ſi minus quā plurimos: purga vrbē: magno me metu liberabis dum mō iter te atqꝫ me mur⁹ interſit. Nobiſcū verſari diuti⁹ iā nō potes: nō ferā nō patiar nō ſinā. Magna diis imortalib⁹ habēda ē atqꝫ huic ioui ſtatori ātiqſſimo cuſtodi hui⁹ vrbis grā q hanc tā tetrā tā horribilē, atqꝫ infeſtā reip. peſtē toties iā effugim⁹: Nō ſe

Falcarij Falces.

ret .i. ſtare faceret romanos cum ſub romulo in fuga eſſent. Unde precatur Romulus apud liuium libro pri
mo at tu pater deū hominumcꝫ fugā fedā ſiſte ⁊c. Per me .i. priuata poteſtate nō cōſulari. Nūc iā apte. Et ita
diſſimulandū aut differendū .i. pſertim cōſuli amplius nō eſt. Petis .ſ. p inſidias ⁊ vim. Nā peto fere in malā par
tē accipitur Uocas ad exi
tiū id eſt q̄tū in te eſt voci
bus .i. inſtigationibus tuis
ad exitiū ire compellis aut
prouocas exitiū omniū co
rū. Quod eſt primū .ſ. de te
vltimū ſuppliciū ſumere.
Faciā id quod eſt leuius:
id eſt te ad exiliū cohorta
bor. Exhaurief .i. euacuabi
tur ex vrbe more ſuo pre
poſitionem reperit. Num
.i. nūquid dubitas: quaſi di
cat quia in exilium te ire
ſimulabas: conſulā viuere
caſtnum tamen iubeo: q̄
cuꝫ eſſet cōſul ſi iuſſerit de
beret ſententia executio
ni mandari. Quid eſt enim
affert ratiōes cur ſuadeat
exiliumvoluntarium cum
in vrbe honeſte viuere nō
poſſit tanta coniuratione
patefacta. Nemo extra cō
iurationem id eſt exceptis
illis qui in cōiuratiōe ſunt
Nota. Que nota: ſcilicet infamie
Notabil. Eſt enim nota notamen
tum infamie et in malam
partem accipitur: ſicut no
tatus et notandus. Impe
ritiores tamen viros cla
ros notabiles dicūt. Que
nota non eſt: quaſi dicat
nulla non eſt: et ita omnis
eſt in vita tua. Libido: id
eſt concupiſcentia mala. Fa
cinus: ſcilicet malum. Nā
et bonum eſt facinus Fla
gitium: id eſt ſcelus incre
patione dignum. Cui non
pretuliſti: id eſt priuſq̄ pe
teret attuliſti et ſubmiſi
ſti cum interrogatione fi
gurata que negatiuam pe
tit reſponſionem legendū
eſt quaſi dicat nulli non
pretuliſti: hoc eſt omnibus
tuliſti. Facem: id eſt incen
dium aut incentiuum Ua
cue feciſſes: id eſt vacuam
aptaſſes nouis nuptiis id
eſt ad nouas nuptias oſti
ſtelle cum morte id eſt ne
cando priorem coniugem
tuam. Quod ego preter
mitto: id eſt quod dicere
nolo ne potius in dedecus
ciuitatis que impune dere
liquit: q̄ eorum qui cōmiſe
rūt cedat. Et eſt artificioſa
occupatio. Ruinas fortu
narū .i. iacturas rerū ⁊ pau
periē ipendere .ſ. in caput
tuū hoc eſt in piculū tuus
quū ob es alienū in vincu

pius in vno hoīe ſumma ſalus piclitāda reip. Quādiu mihi cōſu
li deſignato Catilinā inſidiatus es nō publico me præſidio ſed
priuata diligētia defendi. cū proximis comitiis cōſularibus me
cōſulem in cāpo martio & cōpetitores tuos interficere voluiſti
cōpreſſi tuos conatus nefarios amicorū præſidio & copiis nul
lo tumultu publice cōcitato denicꝫ quotieſcuncꝫ me petiſti per
me tibi obſtiti q̄q̄ ego videbā perniciem meā cū magna calami
tate reip. eſſe cōiūctā Nūc iā aperte vniuerſam rēp. petis tēpla
deorū immortaliū: tecta vrbis: vitā oīm ciuiū: italiā denicꝫ totā
ad exitiū & vaſtitatē vocas. Quare (q̄m id quod ē primū & hu
ius imperii diſciplinæ maiorū propriū facere nōdum audeo) fa
ciā id quod eſt ad ſeueritatē leuius: & ad cōem ſalutem vtilius.
Nā ſi te interfici iuſſero reſidebit in rep. reliqua cōiuratorū ma
nus Sin tu (quod te iā hortor) exieris: tuorū comitū magna et
pernicioſa ſentina reipu. exhaurietur ex vrbe. Quid eſt catilina:
nō dubitas id me imperāte facere: qđ iā tua ſpōte faciebas. Exi
re ex vrbe iubet cōſul hoſtē. Interrogas me nō in exiliū: nō iu
beo ſed (ſi me conſulis) ſuadeo. Quid eſt enim Catilina qđ te iā i
hac vrbe delectare poſſit in qua nemo eſt extra iſtam cōiuratio
nem perditorum hoīm qui te non metuant: nemo qui non ode
rit. Quæ nota domeſticæ turpitudinis non in iſta vita tua eſt:
Quod priuatarum rerū dedecus nō hæret infamia: quæ libido
ab oculis: quod facinus a manibus vnq̄ tuis: quod flagitiū a
toto corpore abfuit Cui tu adoleſcētulo quē corruptelarū illece
bris irretiſſes non ad audaciam ferrum aut ad libidinē facē præ
tuliſti: Quod vero nuper cū morte ſuperioris vxoris nouis nu
ptiis domū vacue feciſſes: nōne etiā alio incredibili ſcelere hoc
ſcelus cumulaſti: qđ ego prætermitto & facile patior: ne in hac
ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitiſſe aut non vindica
ta eē videat. ptermitto et fortunarū tuarū ruinas: q̄s oēs īpēdere
tibi proximis diebus ſenties. Ad illa venio quæ non ad priuatā
ignominiam vitiorum tuorum non ad domeſticam tuam volu
ptatem aut turpitudinem. ſed ad ſummam reip. atcꝫ oīm noſtro
rū vitā ſalutēcꝫ pertinent: pōt ne hæc tibi lux catilina aut huius

la traheris. huius celi: huius aeris. cum telo: id eſt mucrone manum ſcilicet tuam aut manū: id eſt collectionem coniuratorum. Fortunam: quia caſu euaſerunt: aut non multa repete: neq; vt ſit neq; nō multa: hoc eſt

cœli ſpiritus eſſe iocundus: cum ſcientias horum eſſe neminem qui neſciat te pridie kalendarum ianuarii Læpido & Tullo conſulibus: ſtetiſſe in comitio cum telo manum conſulum & principum ciuitatis interficiendorum cauſa parauiſſe: ſceleri ac furori tuo. non metum aliquem aut timorem tuū: ſed fortunā populi romani obſtitiſſe. At illa iam omitto: neq; enim ſunt aut obſcura aut non multa commiſſa. Poſtea quoties tu me deſignatum: quoties vero conſulē interficere voluiſti: Quod ego petitiões tuas: ita coniectas vt vitari poſſe nō viderētur parua quadā declinatione & (vt aiūt) corpore effugi. Nigil agis. nihil aſſeq̄ris. nihil moliris Neq; tñ conari aceuellem deſiſtis. Quoties iam tibi extorta ē ſica iſta de manib⁹. Quoties vero excidit cauſa aliqua et elapſa eſt. Tamen ea carere diutius nō potes. Quæ qdē abs te quibus initiata ſacris ac deuota ſit neſcio: q̄ eā neceſſe putas in corpore conſulis defigere. Nunc vero q̄ tua eſt iſta vita. Sic em̄ iam tecum loquar: non vt odio p mot⁹ eſſe videar: quo debeo: ſed miā quæ tibi nulla debet. Veniſti pauloante in ſenatū. Quis tibi ex hac tanta freque̅tia: tot ex tuis amicis ac neceſſariis ſalutauit: Si hoc poſt hominū memoriā contigit nemini: vocis expectas contumeliā: cū ſis grauiſſimo iudicio taciturnitatis oppreſſus. Quid q̄ aduētu tuo iſta ſubſellia vacue facta ſunt. Quia oēs conſulares qui tibi perſæpe ad cædem conſtituti fuerunt: ſimul atq; aſſediſti partem iſtam ſubſelliorum nudam atq; inanem reliquerunt. Quo tandem animo hoc tibi ferendū putas. Serui me hercule: mei ſi me iſto pacto metuerent: atq; odiſſent: vt te metuunt omnes ciues tui domum meam relinquendam putarem Tu tibi vrbem non arbitraris relinquendam. Et ſi me meis ciuibus iniuriatum grauiter atq; offenſum viderem: carere me aſpectu ciuium: q̄ infeſtis oculis omniū cōſpici mallē. Tu cū ſcelerū tuorū conſcietias agnoſcis odiū oīm iuſtū & iādiu tibi debitū: dubitas: quorū mentes ſenſuſq; vulneras eorum aſpectum præſentiāq; vitare: Si te parentes timerent atq; odiſſent tui: neq; vlla ratione eos placare poſſes: vt opinor ab eoꝝ oculis aliquo cōcederes. Nunc te patria cōis (que parēs eſt oīm noſtrū) odit ac metuit: ac iam nihil te iudicat niſi de parricidio ſuo cogitare hu-

et frequentia. Petitiones inuaſiones per inſidias. Nihil agis nihil in huiuſmodi locutionibus accipitur vt vulgo ſolet non vt penitus nihil ſit: ſ; nihil quod proſit. Qui enim conatur quod perficere nequit: nō dicetur proprie nihil faceret: tamē nihil facit quod proſit. Extorta: id eſt vi excuſſa eſt ſica: hoc eſt mucro: aut pugio occult⁹: quē ad interficiendum doloſe aliquem: vt conſules aut ciuem bonum ſecum tulerat Carere non potes: nō dixi ita eſſe: ſed ita videri: ex eo q̄ eam toties reſumpſit cū ſummo periculo ſuo. Quibus initiata ſacris ac deuota ſit neſcio: hoc eſt ſuſpicari licet te eam magicis artibus initiaſſe: id eſt conſecraſſe: ꝛ inſtituiſſe: ita vt putes neceſſe eſſe eam defigere: hoc eſt deorſū infigere: in corpore: videtur dicēdum in corpus: niſi velit dicere q̄ poſtq̄ demiſſa ſit: et iam hereat in corpore conſulis ille adhuc defigat: id eſt: ac tētet firmi⁹ infigere. Quis ſalutauit quaſi dicat nullus. Unde conuincitur ab omnibus deſtitutus. Contingit nemini: vt in ſenatū ingrederetur penitus inſalutatus. Uocis cōtumeliā: hoc eſt execrationem: quia non ꝯtingit ſalutatio. Iſta ſubſellia: in quibus ſedere conatus es: ſūt vacuefacta quia nemo tecū ſedere voluit. Subſellia autem ſunt inferiora ſedilia in quibus auditores: aut minores magiſtratus ſedebant. Conſtituti: hoc eſt deſtinati addicti Omnes ciues tui Ualla monet dicendum cōciues: cum non ſit eorum prefectus. Conſcientias: ſcilicet aliorum odium ſubaudi et placere: id eſt placidos facere et pacatos. Cēſus eſt: ſi a parentum oculis receſſiſſes cur non ab oculis ciuium recedis. Parricidio: id eſt interitu qui ſi ab eo patratur cuius ipſe parēs eſt parricidium dicitur. Uerebere quaſi dicat debeas vereri: non minus q̄ parentum qui te genuerunt. Que ſcilicet patria.

Nihil. Ciues p̄ conciuis.

n iij

Per te id eſt tuo auxilio aut conſilio. Ac libera:id eſt ſine vindicta. Queſtiones:id eſt inquiſitiones per ſupplicia. Euertendas:ſcilicet leges. Non fuerunt melius q̄ non fuerint:quia indicatiuo iungitur q̄q̄. In metu. i. vt metum incutiam:quamobrem diſcede ⁊c. Sepe Cicero callide monet Catilinam vt diſcedat ab vrbe ſiue vt reuera timore leuetur: ſiue:vt ex eius diſceſſu rem manifeſtariam arguat:Cũ ipſe ſibi conſcius ſit tanti ſceleris:vt in vrbe manere non auſit. Iiſdem parietibus: hoc eſt eadem domo priuata que longe minor eſt q̄ oppidum. Iiſdem mœnibus: id eſt munimentis ciuitatis publicis que apud nos ciues ſunt. Ad ſodalem hoc eſt ad ſocium dapum et conuictorem. Sed q̄.id eſt q̄tum lõge: quaſi dicat nullo modo longe cum idẽ ſit cenſendus. In aliquas id eſt quaſcũq; alias ab romano imperio alienas. Vitam iſtam hoc eſt tam vilem et contemptibilem Refer inquis ad ſenatum hoc verbum Perottus citat vbi de ſignificatione huius verbi refero loquitur Nam cum dicitur refero ad te eſt quaſi in conſultationem pono: ac ſi dicas nemo nostrum ſententiam diffinitiuam dare audet: ſed referimus ad te eandẽ dandam. Sibi placere decreuerit id eſt communi cõſenſu et diffinitione pronũtiauerit et diffinierit te ire in exilium. Egredere ex vrbe. Hinc patet ea que cum ex componuntur non eſſe ab extra: ſed reuera ab ex: quia non ſolum dicimus egredior extra vrbem. vnde eſſet quod dicit Alexander ſi vis exire penates: ſed etiam egredior ex vrbe. Unde quia Cicero repetere prepoſitionẽ ſolet: patet egredere componi ab e non minus q̄ ab extra et ita conſtrui cum ablatiuo: vt Eneidos ſecũdo. Eſt vrbe egreſſus tumulus Et primo ſermonum flaccus. Egreſſum magna me cepit aricia roma. Libera. id eſt liberam fac. eſt enim verbum. In exilium (ſi hanc vocem expectas) proficiſcere. Nondum Cice. auſus erat pronuntiare abeundum eſſe in exilium. Horum. ſcilicet patrum ac ſenatorum qui patiuntur. ſcilicet me loqui et tacent: et ita conſentire videntur. Unde addit. Quid expectas ⁊c. q. d. fruſtra: q2 ſi aliud q̄ ego lo

Refero ad te.

Ex.

ius:tu neq; auctoritatẽ verebere:neq; iudiciũ ſequere:nec vim pertimeſces: Quæ cũ Catilina ſic agit:& quodammodo tacita loquitur nullum iam aliquot annis facin⁹ extitit niſi per te.nullum flagitium ſine te:Tibi vni multorum ciuium neces:tibi vexatio direptioq; ſociorum impunita fuit ac libera. Tu nõ ſolum ad negligendas leges & queſtiones:verumetiam ad euertẽdas perfringendaſq; valuiſti. Superiora illa q̃q̃ ferenda non fuerũt tamen vt potui tuli. Nunc vero totum me eſſe in metu propter te vnum quicquid increpuerit Catilinam timeri Nullum videri conſilium iniri cõtra me poſſe quod a tuo ſcelere abhorreat.nõ eſt ferendum. Quamobrem diſcede atq; hunc timorem mihi eripe. ſi eſt verus ne opprimat:ſin falſus vt tãdem aliquando timere deſinam. Hæc ſi tecum(vt dixi)patria loquatur:nonne impetrare debeat:etiam ſi vim adhibere non poſſit. Quid q tu te ipſe in cuſtodiam dediſti: Quod vitãdæ ſuſpitionis cauſa apud Marcum lepidum te habitare velle dixiſti:a quo nõ receptus ad me venire auſus es:atq; vt domi meæ te aſſeruarem rogaſti. Cum a me quoq; illud reſponſum tuliſſes me nullo modo poſſe iiſdem parietibus tuto eſſe tecũ:qui magno in periculo eſſem q iiſdem mœnibus contineremur ad. Q. Metellum prætorẽ veniſti a quo repudiatus ad ſodalem tuũ virum optimũ. Marcum Marcellũ demigraſti:quem tu videlicet & ad cuſtodiendum te diligentiſſimum & ad ſuſpicandum ſagaciſſimum:& ad vindicandum fortiſſimum fore putaſti. Sed qua longe videtur a vinculis atq; carcere abeſſe debere qui ſeipſum iam dignum cuſtodia iudicarit: Quæ cũ ita ſint Catilina:quid dubitas ſi hic mori æquo animo non potes abire in aliquas terras & vitam iſtam multis ſuppliciis iuſtis debitiſq; ereptã fugæ ſolitudiniq; mãdare:Refer(inquis)ad ſenatum. Id enim poſtulas & ſi hic ordo ſibi placere decreuerit:te ire in exilium obtemperaturum eſſe te dicis. Non referam(id quod abhorret a meis moribus)ſed tamen faciam vt intelligas quid hi de te ſentiant. Egredere ex vrbe Catilina:libera rẽpublicã metu. In exiliũ(ſi hãc vocẽ expectas) proficiſcere Quid eſt Catilina:qd attẽdis & qd aĩaduertis hor̃ ſilẽtiũ:patiũtur;tacent. Quid expectas auctoritatẽ loquẽtiũ quor̃ volũt atẽ

quoꝝ dicēdū putarēt iādudū loquerent. At ſi hoc idē. Probat q̄ tacēdo cōſentit: q2 ſi de aliis probare vite dicere vellet ſenatus nō taceret. vel vox apta eſt ironice: ceteriā hic manum ac tela quia in te libenter irruāt. Quā q̄ quid loquar. Argute docet ſe fruſtra loqui cū aduerſarius tā obſtinatus ſit et ſano cōſilio adquieſcere nolit. Iſtam mētē: hoc eſt animum ſeu voluntatē. Et ſi video. Ordo eſt. Et ſi. i. q̄q̄ video ſi tu perterritus mea voce: hoc eſt comminatiōe: induxeris animum: hoc eſt perſuaſeris tibi vtile eſſe: ire in exilium: quanta tempeſtas: hoc eſt commotio & turba, inuidie impendeat: id eſt immineat nobis propter exilium tuum: ſi minus: hoc eſt ſi forte nō impēdeat in preſens tēpus. i. vt nūc exerceatur in me: recēti memoria id eſt propter recentem memoriam ſcelerum tuorū aut ſic memoria ſcelerū tuorū recenti ſup. exiſtente. i. dū adhuc recēs eſt: at hoc eſt ſaltem impendeat in poſteritatem: id eſt in poſterum tempus. Sed eſt tanti hoc eſt tanti eſtimo & tanti facio calamitates amoueri a ciuitate per abſentiam tuam vt quantumuis magnam inuidiā incurrere patiar. Sit priuata: hoc eſt nō publica: ſed tibi propria: & ſeiungatur id eſt ſeparetur periculis reipu. Non eſt poſtulandum: quia fruſtra poſtuletur. Eo ſuple talis reuocauerit hoc eſt reuocare potuerit. Recta via: dici poſſet non expreſſo ablatiuo via et forte additus eſt a non intelligētibus plenū eſſe recta. Suſtinebo: id eſt ſufferā. Sin autem: hoc eſt: ſed ſi mauis me ſeruire: id eſt conſulere laudi et glorie: ſubaudi mee id eſt ſi vis vt conſulam tibi: vnde laudē & gloriam conſequi poſſim: confer te ad manlium quaſi dicat declara te hoſtem: quia te glorioſe vicero: & ita mihi occaſio future glie erit ſicut herculo perſecutio iunonis vnde ſic dictus putatur. quaſi id eſt iunonis. cleos id eſt gloria. A bonis: q2 ipſe bonus nō es. Preſtolētur id eſt expectent ſic et apud Comicum quem preſtolare. Sed et datiuo iungitur. Pactam id eſt pactio initam. Aquilam argenteā proverbio ſumpſit: quā bello cimbrico C. marius in exercitu habuiſſe dicebatur: vt dicit Saluſtius ſub fines catili. A quibus ſcilicet

tacitorū perſpicis. At ſi hoc idē huic adoleſcēti optimo. P. ſeſtio ſi fortiſſimo viro. M. Marcello dixiſſem iam mihi etiā cōſuli hoc ipſo in tēplo iure optimo ſenat⁹ & vim & manus intuliſſet. Nū me de illis talia facere permiſiſſet. de te aūt Cati. cū quieſcūt probāt: cū patiūtur decernūt: cū tacēt clamāt: neq; hi ſolum quorū tibi authoritas eſt videlicet chara: vita viliſſima. Sed & illi equiro. honeſtiſſimi atq; optimi viri cæteriq; fortiſſimi ciues qui ſtāt circū ſenatū quorū tu & frequētiam videre & ſtudia perſpicere & voces paulo ante exaudire potuiſti: quorū ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo: eoſdē facile adducā: vt hæc quæ iā vaſtare ſtudes relinquentē vſq; ad portas proſequantur. Quāq̄ quid loquar te vt illa res frangat: tu vnq̄ te corrigas: tu vllam fugam meditere: tu vt exiliū cogites: vtinam tibi iſtam mentem dii immortales Catilina donarent. Et ſi video ſi mea voce perterritus ire in exilium animum induxeris: quanta tēpeſtas inuidiæ: ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorū at in poſteritatem impendeat. Sed eſt tanti dūmodo iſta tua ſit priuata calamitas & reipubli. periculis ſeiungat. Sed tu vitiis tuis commoueare vt legum pœnas pertimeſcas vt temporibus reipubli. cædas non eſt poſtulandum. Neq; enim es catilina vt te pudor a turpitudine: aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocauerit. Quamobrem vt ſæpe iam dixi proficiſcere. At ſi mihi inimico (vt prædicas) tuo conflare vis inuidiam recta via perge in exilium: vix feram ſermones hominum ſi id feceris. vix molem iſtius inuidiæ ſi in exilium iuſſu conſulis ieris ſuſtinebo. Sin autē ſeruire me laudi et gloriæ mauis egredere cum importuna ſceleratorum manu confer te ad Māliū concita perditos ciues: ſecerne te a bonis. Infer patriæ bellum exulta impio latrocinio vt a me nō eiect⁹ ad alienos: ſed inuitat⁹ ad tuos iſſe videaris. Quāq̄ quid ego te inuitem a quo iam ſciam præmiſſos qui te ad forū aureliū præſtolentur armati: cum ſciam pactam & cōſtitutā cum Mālio diē. A quo etiā aquilā illā argētēā (quā tibi ac tuis omnibus pernitioſam eſſe cōfido ac funeſtam futurā: cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum tuorū cōſtitutū fuit) ſciā eſſe præmiſſam. Tu

Videlicet.

Præſtolor

altaribus. Natura peperit. Speciosa oro oia dimetiēs certis terminis. Lato .i. tā copioſo. Ad huius vite ſtudium meditati .i. preconcepti ſiue exercitati et aſſuefacti. Ad obſidendū ſtuprum .i. recipiendū incūbentē deſuper vt faciunt phibia: verumetiam ad obeundum facinus .ſ. aliquod vt faciunt latrones ⁊ obſeſſores viarū qui in īſidijs delitefcentes humi iacent. Et ita quia prius ſuccubiturus: deide predaturus humi iacere aſſuetus eſt: habet corpus algoris patiens. Somno maritorum vt dum illis dormire nouerit rem cum vxoribus habeat. Occiſorū quos ipſe occiderit. Preclarā ironicos dicitur. Nā nō omne excellens preclarū eſt: ſed illud dūtaxat quod claritatē recti operis annexam habet. Confectum .i. penitus cōſumptum. Tentare et vexare elegantiſſime ⁊ approprīatiſſime dicit. Nam tentat qui frequenter tenet et dimittit: quia firmiter tenere non pōt aut non audet: ⁊ ita nūc accedit nūc retrocedit: vexat autē qui deſuper incumbens aſſidue torquet ⁊ opprimit: vnde porcius vexare dixit eſſe ſubagitare mulieres in ſtupro. Si ergo conſul fuiſſet in repu. eam vexaſſet .i. aſſidue oppreſſiſſet quam nunc exul dumtaxat tentare poterit. Suſceptum .i. aſſumtū. Latrocinum quod qui aliena inuadūt committūt q̄ bellum id eſt pulcrum dimicādi genus quod fit ſeruato iure belli: ⁊ cum hoſte: qualis cōſul videri poſſet ſi priuati contra eum arma mouerent: non ergo penitus per antiphraſim dicit bellum: cum duellum non bellum ⁊ bellum non dicatur. Deprecer id eſt per modū deprecantis id eſt precantis ne quid cōmittatur faciā. Percipite: precibus attentos facit: quod fieri debet vbi pluſcula oratione habita languere incipiunt auditores. Euocatorem ſeruorum ex ergaſtulis ad tumultuarium bellū aut ad pileum id eſt libertatē bello pariendam. Immiſſus in vrbem tanq̄ incubator ⁊ inuaſor a proditore vrbis mactari id eſt trucidari et quaſi diis ſacrificari: quorū cōtemptor videtur lege ſcilicet porcia. At nūq̄. Calide cōtēdit catilinā nō eſſe ciuē amplius: ⁊ ita nō gauiſurum priuilegio ciuium. Mature .i. cito tempeſtiue

Uexo. **Latrocinium.** **Bellum.**

vt illa diuti⁹ carere poſſis quā venerari ad cædē ꝓficiſcens ſolebas a cui⁹ altarib⁹ ſæpe iſtā impiā dexterā ad necē ciuiū trāſtuliſti. Ibis tādē aliqn̄ quo te iā pridē iſta tua cupiditas effrenata ac furioſa rapiebat. Neq; eñ hæc tibi affert dolorē: ſed quādā icredibilē voluptatē. Ad hāc te natura peperit volūtas exercuit: fortuna ſeruauit. Nūq̄ tu nō mō otiū: ſed ne bellū qdē niſi nepharīū cōcupiſti. Nactus es experditis atq; ab oī nō mō fortuna varūetiā ſpe derelictis: cōflatā improborū manum. Hic tu qua lætitia perfruere quib⁹ gaudiis exultabis: quāta in voluptate bacchabere: cū in tāto numero tuorū neq; audies virū bonū quēq̄: neq; videbis. Ad hui⁹ vitæ ſtudiū illi meditati ſunt q̄ ferūtur labores tui: iacere humi nō ſolū ad obſidēdū ſtuprū: verūetiam ad facin⁹ obeūdū: vigilare nō ſolū inſidiātē ſomno maritoꝝ verūetiā bonis occiſoꝝ: habes vbi oſtētes illā tuā præclarā patientiā famis: frigoris: inopiæ: rerū oīm: qbus te bruti tpe cōfectū eē ſenties. Tantū ꝓfeci cū te a cōſulatu reppuli: vt exul poti⁹ tentare: q̄ cōſul vexare rēpublicā poſſes. Atq; vt id quod eſſet abs te ſcelerate ſuſceptū latrociniū potius q̄ bellum nominaretur. Nūc vt a me. P. C. quandā ꝓpe iuſtā patriæ querimoniā deprecer atq; deteſter percipite quæſo diligēter quæ dicā & ea penit⁹ animis veſtris mētibuſq; mādate. Etenī ſi mecū pria (quæ mihi vita mea multo ē charior) ſi cūcta italia ſi oīs reſpublica loquaſ. M. Tulli quid agis. Tu ne cū quē cōmunem hoſtem comperiſti quē ducē belli futurū vides: quē expectari imperatorē in caſtris hoſtiū ſentis: authorem ſceleris: principē cōiurationis: euocatorē ſeruorū & ciuiū perditorē: exire patiere: vt abs te nō emiſſus ex vrbe: ſed immiſſus in vrbē eſſe videatur. Nonne hūc in vincula duci & nō ad mortē rapi nū ſummo ſupplicio mactari imperabis. Quid tandē te impedit: mos ne maiorū. At perſæpe priuati etiā in hac rep. pernicioſos ciues morte mulctarunt. An leges quę de ciuiū romanorū ſupplicio rogatæ ſunt. At nūq̄ in hac vrbe hi qui a rep. defecerūt ciuiū iura tenuerūt. An inuidiā poſteritatis times: ꝑclarā vero ppl'o ro. referes gratiam: q te hoīem ꝑ te cognitū nulla cōmēdatiōe maioꝝ tā mature ad ſummū impe

Optimū factu: id eſt vt fiat. Uſuram. ſ. lucrum ⁊ dilationem. Etenim ſi ſummi viri ⁊c. Probat iterū exēplo maiorum de ſeditioſis ⁊ parricidis poſſe ſumi ſupplicīū impune de his aūt dictū eſt in principio huius et in declamatione porcij latronis. Ordo aūt eſt. Si ſummi viri ⁊ clariſſimi ciues. ſ. romani ſe nō mō nō cōtaminauerūt ſed etiā honeſtauerūt ſanguine ſaturnini q̄ erat tribunus plebis ⁊ gracchorꝫ Caij ⁊ tiberij ⁊ flacci et cōplurium ſuperiorū: hoc eſt antiquorꝫ quorꝫ etiam Portius meminit. Inter quos Spurius melius eques et Spurius caſſius vir conſularis: vt liuius recitat. Certe non erat mihi inquit Ci. verendū: ne hoc parricida ciuiū. ſ. lucio catilina interfecto. id eſt ſi eum interfeciſſem: q̄d id eſt aliquid inuidie redundaret: hoc eſt ex eo naſceretur mihi: i poſteritatem: id eſt in tempꝰ futurum. Inuidiam virtute partā hoc eſt ob preclarum facinus: ⁊ eſt ſentētioſe dictum. Mollibus ſentētijs ſcilicet de eo ⁊ reliq̄s ſuſpectis de coniuratiōe. Dicebant enim congregationes illas nocturnas: nō tamen mali portendere: vt tam nobilis ciuis patriam vaſtet ſuā aut nō animaduertendum in ciues nondum comperta cōiuratione aut quid ſimile. Mollibus: id eſt non aſperis nec rigidis: ſicut reſpōſio mollis frāgit irā. Improbi qui ex prauitate peccāt cognita pernicie rei. Si animaduertiſſent: ſcilicet illi q̄ molliter ſenſerūt: aut lege potius animaduertiſſem. tam ſtultum: id eſt ſtolidum et hebetem. Tam improbus qui diſſimulet vel purgare contendat. Reprimi id eſt arceri: comprimi: id eſt conſici deleri. Naufragos: id ē quibus res perdita eſt per libidinem: vt Naufragis ꝑ naufragium. Adulta: id eſt execrata et grādis ad maturos annos prouecta. Stirps ⁊ ſemen pulchra alluſio: quia ex his duobus ſolent res naturaliter propagari id eſt fons et origo ſeu ſeminariū hic id eſt modo aut in hoc ꝯſulatu meo iſte contentibilis Catilina periculum reſidebit. otioſum et impunitus ſedebit. in venis alludit ad venas terre: in q̄bꝰ metalla ſunt: ⁊ vt ſepe hoies. Apta cōparatio ex phyſica ſūpta iſtius ſcilicet catiline pena ſcilicet capitali: malleolos. ſcꝫ

rium per oēs bonoꝝ gradus extulit ſi ꝓpter inuidiā aut alicuiꝰ
periculi metū ſalutē ciuiū tuoꝝ negligis. Sed ſi quis inuidiæ eſt
metus: nō eſt vehemētior ſeueritatis aut fortitudinis inuidiā ꝙ̄
inertiæ aut nequitiæ ꝑtimeſcēda. An cū bello vaſtabit italia. ve
xabuntur vrbes tecta ardebūt: tū te nō exiſtimas īuidiæ incēdio
conflagraturū. His ego ſctiſſimis reipu. vocibꝰ coꝝ oīm q hoc
idem ſentiunt mentibus pauca rñdebo. Ego ſi hoc optimum fa
ctu iudicarē. P. C. Catilinā morte mulctari vnius vſurā horæ gla
diatori iſti ad viuēdū nō dediſſem. Etenī ſi ſummi viri & clariſſi
mi ciues ſaturnini & gracchoꝝ & flacci & ſupioꝝ complurium
ſanguine nō mō ſe nō cōtaminauerūt: ſed etiā honeſtauērt. cer
te verendū mihi nō erat ne quid hoc pricida ciuiū īterfecto inui
diæ mihi in poſteritatē redūdaret. Quod ſi ea maxīe mihi impē-
derēt tñ hoc aīo ſp fui vt inuidiā virtute partā: gloriā nō īuidiā
putarē. ꝗꝗ nonnulli ſunt in hoc ordine qui aut ea ꝗ̄ imīnēt nō
videāt aut ea ꝗ̄ vidēt diſſimulēt q ſpē catilinæ mollibꝰ ſniis alue
rūt: cōiurationē naſcētē nō credendo corroborauerūt: quorū
authoritatē ſecuti multi nō ſolū improbi verūetiā īperiti ſi ī hūc
aīaduertiſſem crudeliter & nihil egregie fctm̄ eſſe dicerēt. Nūc
ītelligo ſi iſte (quo intēdit) in Manlia caſtra puenerit nemīnē tā
ſtultū fore qui non videat coniurationem eſſe factam neminem
tam improbum qui non fateatur. Hoc autem vno interfecto in-
telligo hanc reip. peſtem pauliſper reprimi non in perpetuū cō
primi poſſe. Quod ſi eiecerit: ſecum ſuos eduxerit: & eodem ex
teros vndiqꝫ collectos naufragos aggregauerit: extinguet at-
qꝫ delebitur non modo hæc tam adulta reip. peſtis: verumetiam
ſtirps & ſemen maloꝝ oīm. Etenim iamdiu. P. C. in his pericu-
lis coniurationis inſidiiſqꝫ verſamur. Sed neſcio quo pacto om
nium ſcelerum ac veteris furoris & audaciæ maturitas in noſtri
conſulatus tēpus erupit. Hic ſi ex tāto latrocinio iſte vnus tolla
tur videbimur vortaſſe ad breue quoddā tēpꝰ cura: & metu eſſe
releuati: periculum aūt reſidebit: & erit penitꝰ incluſum in ve-
nis atqꝫ in viſceribꝰ reip. vt ſæpe homines egri morbo graui cū
æſtu febriqꝫ iactantur ſi aquā gelidā biberint primo releuati vi-

Stirps ⁊ ſemen.

dentur: deinde multo grauius vehementiuſq; affligerentur. Sic ſi hic morbus qui eſt in rep. releuetur iſtius pœna vehemētius reliq̄s viuis ingraueſcet. Quare. P. C. ſecedant improbi. ſecernant ſe a bonis. vnum in locū congregent: muro deniq; id quod ſæpe iam dixi diſcernant a nobis deſinant inſidiari domi ſuæ conſuli circūſtare tribunal prætoris vrbani: obſidere cū gladiis curiam malleolos & faces ad inflāmādū vrbē cōparare. Sit deniq; inſcri ptū i frōte vniuſcuiuſq; q̄d de rep. ſentiat: polliceor hoc vobis. P. C. tanta in nobis cōſulibus fore diligētiā: tantā in vobis au thoritatē: tantā in eq̄tibus romanis virtutē: tantā in oib9 cōſen ſionē vt Catilinæ pfectione oia patefacta illuſtra: oppreſſa vin dicata eſſe videatis. His omnibus Catilina cū ſumma reip. ſalu te: at cū tua peſte ac perniciæ cumq; corū exitio qui ſe tecū oīm ſcelere parricidioq; iunxerunt: proficiſcere ad impiū bellum ac nepharium. Tum tu iuppiter qui iiſdem (quibus hæc vrbs) au ſpiciis a romulo es conſtitutus: quem ſtatorem huius vrbis atq; imperii vere nominamus: hunc & huius ſocios a tuis aris cæte riſq; templis: a tectis vrbis: a mœnib9: a vita fortuniſq; omnium arcebis. Et homines bonorum inimicos: hoſtes patriæ latrones italiæ: ſcelerum fœdere inter ſe ac nepharia ſocietate coniūctas æternis ſuppliciis viuos mortuoſq; mactabis.

Finit prima inuectiua Tullii in Catilinam.

Incipit ſecūda habita in concione poſt fugam eius.



Tandem aliquando quirites. L. Catilinam furētem au dacia ſcelus anhelātē: peſtem patriæ nepharie molien tē nobis atq; huic vrbi ferrū flāmāq; minitātē ex vrbe

ad infringēdas ianuas. Tū tu iuppiter: imprecationes immo execrationem ama ram facit in catilinam & cō ſocios eius. Ordo eſt. Tum id eſt tunc ille profect9 erit (per antipophoram con uertit ſermonem ad iouē) tu o iuppiter qui es conſti tutus id eſt conſecratus et in templo collocatus iiſdē auſpiciis id eſt felicibus in ceptis et initiis auſpicio pri mio ſumptis: quib9 hec id eſt noſtra ſcilicet romana vrbs dicitur ſup. eſt conſti tuta: quē. ſ. iouem nos vo camus vere: q2 nomine cō ueniente rei ſtatorē id eſt factorem cōſiſtentie & per manētie huius vrbis & hu ius imperii. vnde ipſe loq̄ tur apud maro. ſ. eneid. de romanis ſic. His ego nec metas rerum nec tempora pono imperiū ſine fine de di. Quem locum diuus au gu. notās dicit id falſum a falſo deo dici: et ex mente poete vere dictum in geor. pituraq; regna. Sane val la notat diuum Hierony. q; ſtatorem a ſtando dictū cenſeat cum ſit a ſiſtendo dictus vt hic quoq; loc9 de clarat. nam a ſtando nō di ceretur ſtator imperii. non enim ſtat: ſz ſiſtit. i. ſtare fa cit imperium: ſicut ſiſtere fecit romanos cum ſub ro mulo fugam inceptarēt vt Liuius aperte demōſtrat. Eternis ſuppliciis: dira im precatione: ſed vel origeni noſtro ſignanda.

Tandem aliqū hec inuectiua habita eſt i cō cione ad quiri tes poſt fugam catiline in qua Cice. catili nam rurſus criminat et ſe purgat ab his q̄ obiici poſ ſent q; in exilium abire iuſ ſerit dicēs ſe id nō iuſſiſſe: ſed conſuluiſſe idq; pro bo no reipublice. Simulq; di cit ipſum non in exiliū ſed in caſtra manliana profe ctum: Quis multo optabi lius ſit ſi in exilium abie rit q; ſi patrie bellum fece rit nepharie aduerbiū eſt nec coheret cū datiuo pa trie: abiit quaſi ſponte. Ex ceſſit laborioſe i euaſit iſti e periculis. Erupit violēter quaſi obſeſſus. Intra me nia: q2 foris comparari pōt

Sine cõtrouerſia hoc eſt ſine contradictione alicuius. Cruentum: hoc eſt ſanguine noſtro tinctũ. Retorquet oculos id graphice dr de re quã quis cogitur deſerere. Ex ſuis faucibus quaſi eam deuorare pretẽderit. Que

vel eiecimus vel emiſimus vel ipſum egredientem proſecuti ſumus verbis. Abiit: exceſſit: euaſit erupit. Nulla iã pnicies a monſtro illo atq; prodigio mœnib⁹ ipſis intra mœnia cõparabitur. Atq; hũc quidem vnum huius belli domeſtici ducem ſine controuerſia vicimus nõ enim iam inter latera noſtra ſica illa verſabitur. Non in campo: non in foro: nõ in curia: nõ deniq; intra domeſticos parietes pertimeſcemus: loco ille motus eſt cum eſt ex vrbe depulſus: palam cum hoſte. nullo impediente bellum iuſtum geremus. Sine dubio perdidimus hominem magnifice vicimus: cum illum ex occultis inſidiis in apertum latrociniũ coniecimus: quia vero non cruentum mucronem vt voluit extulit ꝙ viuis nobis egreſſus eſt: ꝙ ei ferrũ de manibus extorſim⁹. ꝙ incolumes ciues ꝙ ſtantẽ vrbem reliquit: quo tandẽ mœrore illum eſſe affictũ & profligatũ putatis. Iacet ille proſus proſtratuſq; eſt quirites: & ſe perculſum atq; abiectũ eſſe ſentit & torquet oculos ſæpe profecta ad hãc vrbẽ quam ex ſuis faucibus eſſe lugetereptã. Quæ quidem mihi lætari videtur: ꝙ tantã peſtẽ euomuerat foraſq; proiecerit. At ſi quis eſt talis quales eſſe omnes oportebat: qui in hoc ipſo in quo exultat & triũphat (vt ne oratio mea me vehementer accuſet) accuſat ꝙ tam capitalẽ hoſtem non comprehenderim potius q̃ emiſerim: nõ eſt iſta mea culpa: ſed temporum. Interfectum eſſe lucium Catilinam & grauiſſimo ſupplicio affectum iampridem oportebat. Id a me & mos maiorũ: et huius imperii ſeueritas: & R. P. poſtulabat. Sed q̃ multos fuiſſe putatis qui quæ ego deferrem nõ crederent: q̃ multos qui propter ſtultitiam nõ putarent: q̃ multos qui etiam defenderent: q̃ multos qui propter improbitatem fauerẽt. At ſi illo ſublato depelli a vobis omne periculum iudicarem iãpridem ego. L. Catilinã nõ modo inuidiæ meæ verũetiã vitæ piculo ſuſtuliſſem Sed cũ viderẽ ne vobis quidẽ oĩbus re etiam probata ſi illũ (vt erat merit⁹) morte mulctaſſem. fore vt ei⁹ ſocios inuidia oppreſſus pſequi non poſſum rẽ huc deduxi: vt tum palã pugnare poſſetis cũ hoſtẽ aperte videretis. Quẽ quidẽ ego hoſtẽ quirites q̃ vehemẽter foris eſſe timẽdũ putẽ licet hinc intelligatis ꝙ etiam moleſte fero ꝙ ex vrbe paꝫ cõitat⁹ exierit. Vtinã ille oẽs ſua ſco

quidem. ſ. vrbs ro. euomuerit vt ſolemus venenũ aliõ nociuũ ac pernicioſum: q͛ vero id per methaphoram dixit addit foras pieceꝛit. At ſi quis eſt talis. Senſus obſcurior eſt ꝙ cui nihil de eſſe putẽ verum poteſt ſic colligi. At ſi quis eſt talis quales oportebat omnes eſſe id eſt qui recte cenſeat (vt ne. ſ. vt id dicam ne oratio mea accuſet me vehementer) q̃ accuſat ꝛ ſcꝫ me in hoc ipſo ſcꝫ facto meo: in quo ſupple Catilina exultat ꝛ triũphat: ſcꝫ ꝙ nõ cõprehẽderim: potius ꝙ emiſerim tam capitalẽ hoſtem id eſt tam pernicioſum: vt pote cum quo agitur de capitis periculo. Reſpondeo ſupple ꝙ iſta non eſt mea culpa ſed temporũ. R. P. i. reſpublica. Sed ꝙ id eſt ꝙ tuꝫ multos figurate: id eſt interrogatiue dicitur. Vnde ꝙ recte poſitiuo iungitur. Deferrẽ id eſt de occulto in publicum ferrem. vnde ſunt delatores occultorum criminum ꝛ falſorum indices aut reuelatores ꝑ pter ſtultitiam: aut q͛ hebetiores erant ꝙ vt tantũ facinus intelligerẽt aut q͛ aliarum rerum ſtudioſi in hanc intendere animũ nequibant. Qui etiam id eſt vltra defenderent. ſ. factuꝫ Catiline. Fauerent gradatim pcedit. Nam minor eſt culpa eorum qui intelligere nequirent ꝙ eorum qui que nõ intelligebãt defenderent. Et minor defendẽtium ꝙ fauentium: quia defendimus quod tolerabile putamus: fauemus illud quod bonũ cenſemus Iampridem ſuſtuliſſem. Nota in re non perſiſtente iam poni cum pridem contra ſententiam Valle qui forte dicat fruſtra additum iam. Fore id eſt futurum eſſe oppreſſus inuidia quam incurriſſet per mortem catiline cum ꝓpter fugam eius tantam. ſuſtineret. Paruum comitatus id eſt ꝙ nõ eduxerit ſecuꝫ omnes, conſocios ac coniuratos. q. d. ſi ego vellem illi omnes ſocios adiũctos certũ eſt ꝙ parũ timẽdum putẽ ꝙ igitur. q. d. ini

Iãpridẽ

nime. Mihi id eſt ad commodum meum: aut de communi eſt ſumptũ. Calumnia. id eſt per calumniam. De
Decoctor. coctoribus: id eſt conſumptoribus patrimonij. vadimonium: id eſt ſi deſiſſionem in iudicio. Non permouẽ
tur. id eſt non ad fugam vſq;. Video. id eſt cognoſco conſidero. Attributa: ſcilicet per Catilinam tanq̃ imperatorem. Depopoſcerit. id eſt poſcendo receperit aut aſſumpſerit. Superioris id eſt proxime precedẽtis. Protinus: id eſt continuo. Hi ſcilicet reliqui coniurati.

Ne. Ne id eſt certe vt in Teren. Ne ego homo infelix ſum. Lenitatem: id eſt mititatem animi. Quod expectaui ſcilicet fugam & exilium Catiline: ob id quod ſequitur: vt vos omnes &c. Catiline ſimilis. Catiline genitiuus eſt. Lenitati male legeretur leuitati: q: nũq̃ leuitati locus eſt. Seuer⁹ eſt rigide ſequens verum: ita vt ab eo nequaq̃ flecti poſſit: inde ſeueritas, dicta ſequela veri.

Seuerus

Seueritas.

Deſiderio ſui: quia miſere id eſt afflictim deſiderentur. Eſt autem ſarcaſmos aut ironia: q catilinam miſerum dicit. Nam miſer. vt ſepe dixi: in bonam partes accipitur pro: miſerãdo atq; eo qui dignus ſit cuius nos miſereatur. Tabeſcere: id eſt lenta labe conſumi: q: ſpiritus triſtis deſiccat oſſa. Aurelia via profectus eſt ſcilicet Catilina. Accelerare: id eſt acceleranter aſſequi. Conſequentur id eſt attingent. Siquidẽ due ſunt particule. Sentinam id eſt ſordium receptaculum: vt in ſentinã nauis aq; ſede defluũt. Exhauſto. Alludit ad ſentinã id eſt eiecto a ſentina illa vitioſorum. Releuata & pro id eſt recreata. Fingi ex materia preiacente vt figulus ex luto fingit: aut excogitari etiam de nihilo quod nõ cõceperit id eſt animo complexus fuerit ille ſcilicet catilina quaſi dicat nihil. Veneficus necans veneno. Gladiator laniſta aut infami exercitio gladiorum viuẽs. Latro & latenter adoriens. Sicarius: ſica graſſans. Parricida: parẽtes & ſanguine coniunctos occidens. Subiector .i. falſus ſupple poſitor: ſubijciẽs ſe doloſe loco ei⁹ q̃ vere iſcriptus ſit. circũſcriptor .i. deceptor. Ganeo id ẽ guloſe viuẽs i ganeis. Nepos id eſt

pias ſecum eduxiſſet. Tongillium mihi eduxit: quem amare in prætexta calũnia cœperat. Publicum & Numatium: quorum ęs alienum contractum in popina reipubli. nullum metum afferre poterat: reliquit: quos viros: quãto alieno ære: q̃ valẽtes: q̃ nobiles. Itaq; ego illum exercitum exaratum ex gallicanis legionibus: & hoc delectu quẽ in agro piceno & gallico. Q. Metellus habuit: & his copiis quæ a nobis quotidie cõparãtur magnopere cõteno: collectum ex ſenibus deſperatis ex agreſti luxuria: ex ruſticis decoctoribus: ex his qui vadimonia deſerere q̃ illũ exercitũ maluerũt: quibus ego nõ modo ſi aciẽ exercit⁹ noſtri verũ etiã ſi ptoris edictũ oſtẽdero: occidẽt eos quos video volitare in foro quos ſtare ad curiã quos etiã i ſenatũ venire q nitẽt vnguẽtis qui fulgẽt purpura. Mallẽ ſecũ ſuos milites eduxiſſe. Qui ſi hic pmanẽt: memẽtote nõ tã exercitũ illũ eẽ nobis q̃ hos q exercitũ deſeruere ptimeſcẽdos Atq; hoc etiã ſunt timendi magis q qd cogitẽt me ſcire ſentiũt. neq; tñ pmouent̃. Video cui ſit apulia attributa: qs habeat hetruriã: qs agrũ picenũ: qs gallicũ: qs ſibi has vrbanas inſidias cædis atq; incẽdiorũ depoſcerit. Oĩa ſupioris noctis cõſilia ad me delata eſſe ſentiũt. Pateſeci in ſenatu heſterno Catilina ipe ptimuit: ptin⁹ pfugit: hi qd expectant Ne illi vehementer errant ſi illã meã priſtinã lenitatẽ perpetuam ſperant futuram: Qđ expectaui iã ſum aſſecut⁹ vt vos oẽs apte factã eſſe cõiurationẽ cõtra rẽpu. videretis: ni vero ſi quis ẽ qui catilinæ ſilis cũ catilina ſentire nos putet. Nõ eſt iã lenitati loc⁹ ſeueritatẽ res ipſa flagitat. Verũ etiã nũc cõcedã: exeãt: proficiſcant̃: ne patiatur deſiderio ſuo Catilinã miſerum tabeſcere: demonſtrabo iter Aurelia via pfectus eſt: ſi accelerare volẽt: ad veſperã conſequent̃. O fortunatã rẽp. ſi quidẽ hãc ſentinã hui⁹ vrbis eiecerit: vno me hercle exhauſto Catilina releuata mihi & recreata reſp. videt̃. Quid em̃ mali aut ſceleris fingi aut excogitari poterit qđ non ille cõceperit. Quis tota italia veneficus: qs gladiator: quis latro: qs ſicarius: qs parricida: quis teſtamẽto℞ ſubiector: qs circũſcriptor quis ganeo: qs nepos: qs adulter q̃ mulier infamis: qs corruptor iuuẽtutis: qs corruptus qs pditus

inueniri poteſt qui ſe cum Catilina nō familiariſſime vixiſſe fateatur. Quæ cædes per hoſce annos ſine illo facta eſt: quod nepharium ſtuprum non per illum. Iam vero quæ tanta ī vllo vnq̄ homine iuuentutis illecebra fuit: quāta in illo q̄ alios ipſe amabat turpiſſime: aliorū amori flagitioſiſſime ſeruiebat. Alios fluctum libidinum: aliis mortem parentum: non modo impellēdo: verumetiam adiuuando pollicebatur. hic vero q̄ ſubito non modo ex vrbe: verumetiam ex agris ingentem numerum hominū perditiorum collegerat. Nemo non romæ modo: ſed in vllo angulo totius italiæ oppreſſus ære alieno fuit quem nō ad hoc incredibile ſceleris fœdus acciuerit. Atq; vt ei⁹ diuerſa ſtudia ī diſſimili ratione proſpicere poſſitis nemo eſt in ludo gladiatorum paulo ad facinus audacior qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. Nemo in ſcena leuior & nequior: qui ſe non eiuſdem ꝓpe ſodalem fuiſſe commemorat. Atq; idem tamen ſtuprorum & ſcelerum exercitatione aſſuefactus frigore: & famæ & ſiti: & vigiliis præferendis: fortis ab iſtis prædicabatur cū induſtriæ ſubſidia: atq; virtutis inſtrumenta in libidinem audaciamq; conſumerentur. Hunc vero ſi ſecuti erunt ſui comites: ſi ex vrbe exegerint deſperatorum hominum flagitioſi greges: o nos beatos: o rempublicam fortunatam: o præclarā laudem conſulatus mei Non enim iam ſunt mediocres hominum libidines: non humanæ ac tolerandæ audaciæ: nihil cogitāt niſi cædes: niſi incēdia: niſi rapinas: patrimonia ſua profuderunt fortunas ſuas obligurierunt. Res eorum iampridem: fides nuper deficere cœpit. Eadem tamen illa (quæ erat in abundantia) libido manet. Qđ ſi in vinis & alea comeſſatiōes ſolum & ſcorta quærerent eſſent quidem illi deſperandi: ſed tamen eſſent ferendi. Hoc vero quis ferre poſſit homines inertes fortiſſimis viris inſidiari: ſtultiſſimos prudentiſſimis ebrioſos ſobriis dormientes vigilantibus. Qui mihi accubantes in conuiuiis complexi mulieres impudicas: vino languidi: conferti cibo: ſertis redimiti vnguentis obliti: debilitati ſtupris: eructāt ſermonibus ſuis cædem bonorum atq; vrbis incendia. Quibus ego confido impendere factum aliquod & pœnam iamdiu improbitati: nequitiæ: ſceleri libidini debitam aut inſtare iam plane: aut certe appropiquare: quos

erat decretum noĩatim expreſſo noĩe eius: ſed oĩtarat cõmuniter in oẽs ſontes. vnde. L. florus in libro lxix. C. marius ſeditionis auctor q̃ ſeptũ conſulatũ p trib⁹ ſparſa pecunia emerat metello aqua et igni interdixit. Nam apuleius ſaturnin⁹ tribu. plẽ. C. Mẽmiũ cãdidatũ conſulatus petitorẽ quẽ aduerſarium actionib⁹ ſuis timebat interemit. Quibus rebus cõcitato q̃ plurimum ſenatu in ei⁹ cauſam. ⁊ C. marius hõ mutabilis ⁊ varii cõſilii ingeniiq; q̃ ſemp ẽm fortunã tranſierat cuꝫ tueri minime poſſet opp̃ſſus armis cũ glaucia p̃tore aliis eiuſdẽ furoris ſociis bello quodã interfectus eſt hec ille vbi habet mors Saturnini cuius prius meminit: et mors glaucie cui⁹ hec mẽtionẽ facit: cetera manifeſtaria ſunt. Ad hãc diẽ. i. ad hoc vſq; tẽp⁹. Quo ad fuit aut q̃diu fuit i vrbe: aut q̃tũ fuit p̃tãte mea: ſꝫ meli⁹ priori modo. Leuiſſime. i. minime grauiter. Nam ad grauẽ virum non pertinet cenſere dimicandũ eſſe tãto imperio cũ tã futili homine: aut leuiſſime. i. breuiſſime et citiſſime. atq;. i. ſimul. aut vacat atq;. Id cũ i. cũ ita ſit ꝙ poſſumus cõſequi ꝯiectura. i. p ꝯiecturam cognoſcere: id ſcilicet ita eſſe: videlicet ꝙ deoꝝ nutu oĩa geſſerim. ꝙ id eſt quia gubernatio videtur vix potuiſſe ꝯſequi humanis conſiliis et tanta mole rerum: ſcilicet id quod cõſecutus ſum: tum vero. id eſt multo magis manifeſtũ eſt ꝙ dii tulerũt. i. attulerunt p̃ſentẽ opẽ: et pro. i. auxilium ſup. preſens. his tẽporibus. Eos ſcilicet deos oclis quod mortali fas non eſt: vt illa ſcilicet manifeſta nihilominus preſentie deorum indicia. Cauere. i. caute vitanda predicere. Perculſas. id eſt attonitas ⁊ fulmine percuſſas. Depulſa. id eſt a loco pulſa. Simulacra. id eſt effigies ad ſimilitudinẽ eorum fictas. Et veterum hominum id eſt priſcoꝝ ro. Legũ era. id eſt tabule ee leges continentes: nam in eis inciſe erant. Ille. ſcilicet notiſſimus aut optime me

Saturnini cedes.

Glaucie cedes.

mulus quē in auratum in capitolio paruum atq̧ lactētem vberi-
bus lupinis inhiātē fuiſſe meminiſtis. Quo quidē tēpore cū hau
riſpices ex tota etruria conueniſſent: cædes atq̧ incēdia: & legū
interitū: & bellū ciuile ac domeſticū. totiuſq̧ vrbis atq̧ imperii
occaſum appropinquare dixerunt ni dii immortales omni ratio
ne placati ſuo numine prope fata ipſa flexiſſent iraq̧ illorū re-
ſpōſis: tunc & ludi decem p dies facti ſunt neq̧ res vlla (quæ ad
placandos deos ptineret) ꝑtermiſſa eſt. Ideq̧ iuſſerūt ſimulacrū
iouis facere maius. ac in excelſo collocare contra atq̧ antea fue-
rat ad orientē cōuertere ac ſe ſpare dixerunt ſi illud ſignū (quod
videtis) ſolis ortū ac foꝝ curiāq̧ cōſpiceret fore vt ea cōſilia (q̄
clā eſſent inita cōtra ſalutē vrbis atq̧ impii) illuſtrarētur vt a ſe-
natu pſpici poſſent. atq̧ illud ſignū ita collocandū cōſules illuc
locauerūt. Sed tāta fuit opis tarditas vt neq̧ a ſuperioribus cōſuli
bus neq̧ a nobis ān hodiernā diē collocaretur. Hic quis poteſt
eſſe quirites tā aduerſus a vero tā pceps tā mēte captus q neget
hæc oīa q̄ videm⁹ pcipue hāc vrbē immortaliū numinū nutu ac
ptāte adminiſtrari: Et tem cū eēt ita rīſum cædes: incēdia interitū
reip. cōparari: & ea a pditis ciuibus q̄ tū ꝑpter magnitudinē ſce
leris: nonnullis incredibilia videbanf ea nō modo cogitata a ne
fariis ciuibus qrites verūetiam ſuſcepta eſſe ſenſiſtis. Illud vero
nō ita pſens eſt vt nutu iouis optimi maximi factū eſſe videatur:
vt cum hodierno die mane p foꝝ meo iuſſu & coniurati & eoꝝ
indices s in æde concordie ducerētur eo ipſo tēpore ſignū ſtatue
retur qui collocato atq̧ ad vos ſenatūq̧ cōuerſo: oīa & ſenatus
& vos q̄ erant cōtra ſalutē oīm cogitata illuſtrata & patefacta vi
diſtis. Quo etiā maiore ſunt iſti odio ſupplicioq̧ digni: q nō ſo-
lū veſtris domiciliis atq̧ tectis ſed etiā deoꝝ tēplis atq̧ delubris
ſunt funeſtos ac nefarios ignes īferre conati. Quibus ego ſi me
reſtitiſſe dicā ſumā nimiū: non ſim ferēdus. Ille ille iuppiter reſti
tit: ille capitolium: ille hæc templa: ille hanc vrbē ille vos omnes
ſaluos eſſe voluit. Diis ergo immortalibus ducibus hanc men-
tem voluntatemq̧ ſuſcepi: atq̧ ad hæc tanta iudicia perueni.
Iam illa allobrogum ſollicitatio ſic a Lentulo ceteriſq̧ domeſti-

ritus romulus hoc eſt imago romuli quā.i.cui⁹ ſimulacrū in auratū.i.auro tectū atq̧ lactētē.i. trahētes lac e
ſugētē z inhiantē vberib⁹ lupinis q: a lupa dr nutritus cū a fauſtulo paſtore inueniref cū remo. verū ſunt q̄
vxorē fauſtule lupā.i.meretricē fuiſſe dicebant.nā z meretrix lupa dr: vñ z lupanar.de quo vide Li.in.i.Docet
aūt ſculpturā illā fuiſſe artificioſam cū tā graphice geſtū pueris lactēti exꝓmeret. Qr ho pditor vrbis dehcie-
baf ꝓnoraf decidiū vrbis:
vt ſequētia docēt. Contra
atq̧.i.contra q̄ aut contra
id qd antea erat illō ſignū
i.ſil'acrū iouis. Illuſtraren
tur.i.illuſtria et manifeſta
fierēt vt res in luce poſite
opis tarditas.i.moles et
difficultas: aut tarditas
operis.i.opantiū: q̄ nō añ
eū diē pfecerint quo cōiu-
ratio patefacta eſt. Etenis
cū eēt riſum.ſ.ab haruſpi-
cibus z ceteris pdigiorum
interꝓtibus.ita.i.vt ſequi-
tur vtz cedes incēdia: inte
ritū reip. cōpari et ea ſup.
cōparari a perditis ciuib⁹
quales ſunt coniurati que
cū ſcilicet reſpondebātur
cognita.i.ꝯcepta q̄ fierent
verumetiā ſuſcepta ſcilicet
vt fierēt. Nō ita pñs.i.non
ita ſubitum ac fauorabile
auxiliū: videtur legendus
interrogatiue: ita vt affir-
mationem poſcat. Nā poſt
ea negabit ſua id vni⁹ ope
ra factum vt cūz.i.q̄ ita ac-
ciderit vt cum coniurati z
indices eorum vt legati al
lobrogum vt volturci⁹ du-
cerētur hodierno die ma-
ne per forum in edem.i. tē
plum cōcordie.ſ. dee ſignū
ſtatueretur.i.conſtitueretur
eo ipſo tempore.i. in pun-
cto illi⁹ tpis: quo ſigno col
lato atq̧ conuerſo ad vos
et ad ſenatum omnia vidi
ſtis patefacta: q: ſicut i ca-
tilinario viſuz.eſt cicero iuſ
ſit coniuratos preter len-
tulum (quem q̄ ꝓtor eſſet
ipſe manu tenens in ſena
tum perduxit) cū cuſtodi-
bus in edem concordie ve
nire et aduocauit eo ſena
tum. Delubris.i.in quibus
ſunt ſimulacra deoꝝ. Su-
mā.i.aſſumā vendicē arro
Summo. gē mihi nimium. vñ qd vul
go preſumere dicimus aut
pſumptuoſuz eſſe latine di
ceremus ſibi nimiū ſume-
re. Sumim⁹ eñi p nos: cuz
nemo porrigat accipimus
a porrigēte ſeu dāte. Non
ſum ferēdus.i. tolerādus.
Ille: ad vehemētiam affe-
ctionis ſignificandam ge-
minat pronomē qd de pre-
claro z nobili dici ſolet: vt
alexāder ille magn⁹: indi-
cia.i.reuelationē criminuz
p eos q̄ conſcii erāt. Iā illa.

narrat oĩa p q̃ õo ille ſit diuinit9 potius q̃ humanit9 patefactã eſſe cõiurationẽ. Cõſilii. i. pudẽtia: q̃ videat poſſe facere bellũ qđ ad finẽ iugurthini late fatet Saluſtius: ⁊ etiã malle. ſ. poti9 q̃ pacẽ tale. Opibus. i. potentiis. Tacẽdo. ſ. de coniuratione.

cis hoſtibus tam clementer tentata: res credita & ignotis & barbaris literæq; cõmiſſe nunq̃ eſſent profecto: niſi a diis immortalib9 huic tãte audaciæ conſilium eſſet ereptum. Quid vero: vt homines galli ex ciuitate male pacata: quæ gens vna reſtat quæ po. ro. bellum facere & poſſe. etiam male videatur: ſpem imperii ac rerum ampliſſimarum vltro ſibi a patriciis oblatam hominibus negligerent: veſtrãq; ſalutem ſuis opibus anteponerẽt: id nõ diuinitus factum eſſe putatis præſertim q nos nõ pugnãdo: ſed tacẽdo ſuperare potuerãt. Quãobrẽ quirites (qm̃ ad oĩa puluinaria ſupplicatio decreta eſt) celebratote illos deos cum cõiugibus & liberis veſtris. Nã multi ſepe honores diis immortalibus iuſti habiti ſunt ac debiti: ſed iuſtiores nũq̃. Erepti eñ eſtis ex crudeliſſimo atq; miſerrimo interitu: et erepti ſane ſine cæde: ſine ſanguine: ſine exercitu ſine dimicatione: me vno togato duce & imperatore viciſtis. Et eñ recordamini quirites oẽs ciuiles diſſenſiões: neq; eas quas audiſtis: ſed has quas voſmetipſi vidiſtis atq; meminiſtis. L. ſyllam. P. ſulpicium oppreſſit: ex vrbe eiecit. C. marium cuſtodem huius vrbis multoſq; fortes viros partim eiecit ex ciuitate partim interemit. Caius octauius cõſul armis expulit: collegã ſuum oĩs hic locus aceruis corporũ & ſanguine ciuium redundauit. Superauit poſtea cinna cũ mario Tum clariſſimis interfectis viris lumina ciuitatis extincta ſunt. vltus eſt huius victoriæ crudelitatem poſtea ſylla: ne dici quidem eſt opus quanta diminutiõe ciuium & quãta calamitate reipu. Diſſenſit. M. lepid9 a clariſſimo & fortiſſimo viro. Qu. catulo attulit nõ tam ipſius interitus reip. lucrumq̃ ceterorum: atq; ille diſſentiones erant eiuſmodi quirites q̃ non ad delẽdam: ſed commnuẽdam ac mutandã rẽp. ptineret nõ illi nullã eẽ rẽp. ſed in ea q̃ eſſet ſe eẽ principes. neq; hãc vrbẽ conflagrare ſed ſe in hac vrbe florere voluerunt. At ille tñ oẽs diſſenſiones quarum nulla reipublicæ exitum q̃ſiuit eiuſmodi fuerunt vt non reconciliatione cõcordiæ: ſed internectiõe ciuiũ diiudicatæ ſint. In hoc aũt vno poſt hoim mẽoriã maxio crudeliſſimoq; bello quale bellum nunq̃ barbaria cũ ſua gente geſſit quo in bello lex hæc fuit a lentulo; catilina; cæthego; ac caſſio cõſtituta; vt omnes qui

Puluinaria p templis inquit Seruius ponimus cũ ſint ꝓprie lectuli qui in templis ſterni ꝯſueuerunt. Acron dicit eſſe lecticas: aut tabulas in qb9 ſtabant numina. Etenim recordamini. Accumulat bonũ ſuũ ex malis aliorũ diſſenſionũ. Caiũ mariũ cuſtodẽ. ſ. ꝯ cymbros: vt diximus. Caius octauius ſc. ceſar expulit collegã. ſ. bibuli. Unde Sueto. in vita eius de cõſulatu dicit. Lege agraria ꝓmulgata bibulũ ob nũciãtem armis foro expulit ⁊ ad arbitriũ ſolum omnia adminiſtrauit vt nõnulli vrbanorum cum quid per iocũ teſtandi gratia ſignarẽt nõ ceſare ⁊ bibulo: ſed ceſare ⁊ iulio ꝯſulibus actũ ſcriberent. Aceruis. i. ſtragibus. Sane aceruus authore Ualla eſt rerũ minutarũ: ſtrages cadauerũ ſtratoꝝ. Aceruus aũt dr̃ quaſi aggeruus ex rebus aggeſtis ⁊ accumulatis: nec eſt contra preſcriptũ valle ſi etiã de corporibus dicũtur q̃ reſpectu maiorum minuta ſunt: q2 magnũ ⁊ paruũ per cõparationẽ dicũtur. Cinna cũ mario ſuperauit. i. voti cõpos ac victor eua ſit. Nam recepti in vrbem Cneũ octauiũ cõſulẽ occiderunt et oẽs aduerſe partis nobiles trucidarũt: inter quos erat. M. Antonius vir eloquentiſſimus: ⁊ Caius ceſar: quorum capita in roſtris poſita ſunt. Craſſus filius ab equitib9 fimbrie interemptus eſt. pater craſſus ne qđ indignũ virtute ſua pateretur. gladio ſe trãſfixit ⁊c. Uide florũ in lib. lxxx. Liuii. Marcus lepidus diſſenſit a collega ſuo catullo. Atq; ille diſſenſiones oſtẽdit min9 periculoſas fuiſſe diſſẽſiones ſuperiorũ q̃ machinatiões ⁊ cõiurationes catilinæ. non illi nullã id eſt deletam. Internectione. i. interemptiõe ciuium ſcilicet eorum qui ſuccubuerunt. Poſt hoim memoriã id eſt poſt illud temp9 qđ primũ homines viuentes memoria cõplecti pñt. Barbaria i. barbara natio quecunq;

Puluinaria.

Aceruus.

eſt inuidia pro conſeruanda rep. ſuſcepta ledat inuidos mihi valeat ad gloriam. Deniq; ita me in rep. tractabo: vt meminerim ſemper quæ geſſerim curemq; vt ea virtute: non caſu geſta eſſe videantur. Vos quirites (quoniā iam nox eſt) veneramini iouē cuſtodem huius vrbis ac veſtrum: & in veſtra tecta deſcendite. Et ea (q̄q̄ iam omne periculū depulſum ſit) tamen æque ac priore nocte cuſtodiis vigiliiſq; defendite. Id ne vobis diuti⁹ faciēdum ſit atq; vt in perpetua pace eſſe poſſitis: ꝓuidebo quirites.

Finitur tertia inuectiua. M. Tullii in Catilinam.

Sequitur quarta eiuſdem in eundem.



Ideo patres conſcripti in me omnium veſtrum ora atq; oculos eſſe conuerſos. video vos non ſolum de veſtro ac reip. verumetiam (ſi illud depulſum ſit) de meo pīculo eſſe ſollicitos. Eſt mihi iucunda in malis: & grata in dolore: veſtra erga me voluntas. Sed eam per deos immortales quæſo deponite atq; obliti ſalutis meæ de bōis ac de liberis veſtris cogitate. Mihi quidem ſi hæc conditio cōſolatus data eſt: vt omnes dolores cruciatuſq; perferrem: feram non ſolum fortiter: verumetiam libenter: dummodo meis laboribus vobis populoq; roma. dignitas ſaluſq; pariatur. Ego ſum ille conſul. P.C. cui non forum in quo omnis æquitas continetur: non campus cōſularibus auſpiciis conſecratus: non curia ſummum auxilium omnium gentium: non domus commune perfugium: nō lectus ad quietē datus: non deniq; hæc ſedes honoris: non ſella curulis: vnq̄ vacua

ratione ſuperauero Uirtute.i. fortitudine ⁊ prudenti cōſilio. Ueneramini.i. honorate ſalutatiōe aut ꝓcibus. Cuſtodē vſtrū. paſſiue contra preſcripta. Valle veſtrum ⁊ meū paſſiue accipiuntur: niſi ſit quedam poſſeſſio: cuſtodem vſtrm.i. quē habetis cuſtodem veſtri. Prouidebo.ſ. bello contra Catilinam peragendo.

Ideo pa. con. in me ⁊c. Hac concione aiat Cic. populum ro. in catilinā ſeq; in illi⁹ fauorem inſinuat: vtcūq; res euenerit. Utit aūt in ꝑncipio callida ſumptione q̄ ſe magnipēdi aſſerit. vt ceteris maior adhibeat fides. Omniū veſtrū nequaq̄ dicere liceat veſtrorū niſi ſit ſeruorū aut familiariū: qđ non ꝓcederet. Illud.ſ. veſtrū ac reip. ꝑiculū. Iucunda.i. ad voluptatē ⁊ grata.i. ad vtilitatē. Sʒ eā.ſ. volūtatē bonā aut beneuolentiā in me accepiſtis. De bonis.ſ. vſis.i. fortunis naʒ ſi de viris intellexerit ſe non excludit. Mihi quidē.q.d. q̄cq̄d alii ſentiant ita mihi viſum eſt. Hec ꝯditio id eſt oblatio. Ille cōſul. ille emphaſim hʒ. For.ſ. iudiciale nō cāpus.ſ. martius vbi fiebāt comitia.i. coitiones ppli ad mgratus innouādos. Nā curia ſenatoriū vbi tangit tria in quibus orare ſolebāt. forū ad iudices. Cāpū ſeu cōcionē ad quirites ⁊ curiā ad pres conſcriptos ſeu ſenatores quorū cōceſſus etiā ſenatus dicebat. Curia appoſitorie ſūmum auxiliū: q: inde omnibus petere licebat. vñ non imperiū: ſʒ preſidiū orbis dici meruit: nō dom⁹.ſ. priuata cōe pfugiū.ſ. ſua cuiq;. Nō lect⁹ ad q̄etē dat⁹ ſcʒ a deo natura et morib⁹. A deo q: ſomnū ē donū deorū: vt eñ.ii. Tp̄s erat quo prīa quies mortalib⁹ egris Incipit ⁊ dono diuum gratiſſima ſerpit. A natura: q̄ poſt laborē requiē querit: a moribus approbatis: q: ſicubi tuti eſſe poſſumus maxime in lecto tutos eſſe communi cōſenſu ſemper placuit. Hec ſedes honoris: hoc eſt cathedra i qua honoribus affecti ſedent.

Non ſella curulis q̃ ſummis mgr̃atibꝰ debet: q̃bus pmiſſum erat in lectica ⁊ ſella curuli circũuectari hume|ris ſeruoꝝ. Und̃ vacua piculis mortis nõ ſolũ naturalis ↄtra quẽ nullus locus ſatis tutus eẽ põt: ſed et vio|lẽte: hoc eſt necis a qua ob reuerẽtiã loci interdũ merito ab ſtineãt. Nũc ſi hũc exitũ ⁊c. Iterũ cõmẽorat bñfi|cia ſua in pplm ro. ⁊ rẽpu. Queciq; fortuna. q. d. acerbiſſima ſubeat. ſ. a me. i. libẽter ppetiar dum tm̃ boni pfeceri. Prope fatales. i. deorum fato ac proſcripto cõceſſum. Conſulite vobis id eſt ſaluti veſtre conſilio pſpicite. Nã primũ debeo ſpare ⁊c. id dicit religioſe. vñ ⁊ illud eñ. ix. Pulcerria ꝑmiũ dĩ moreſq; dabũt vr̃i &c. i. quẽadmodũ obtigerit. i. ꝑter ſpẽ euenerit. Nã neq; ſentẽtioſe oĩa Ille gener. ſ. futurus quare. i. quã obrem. Incumbite ad ſalutẽ. Valla negat incumbo recipere actm̃ cum prepoſitione in re non pertinente ad animam hic non facile perſpicitur. Incumbite: id eſt nitimini. Circumſpicite: id eſt animaduertite diligẽter aut adnotate circumquaq;: omnes procellas: id eſt turbulentas cõmotiões in republica que impendent: id eſt iminent caſure prope dies in caput reipu. niſi: id eſt ſi non prouidetis. Tiberius graccus qui occiſus eſt quod tribunatum violenter ſibi continuare voluit. Non Caius frater eius: ſcilicet Tyberij gracci. de vtriſq; autem diximus alibi ꝙ agrarios: id eſt agrorum petitores per legem agrariam que erat de agris communiter con diuidendis: que ſepe: ſed nunq̃ ſine pernicie mota eſt. Non Lucius ſaturninꝰ de quo florus in libr. lxix. liuij. Apuleius ſaturninus tribus plebis. Caium memmium candidatum conſulatus petitorem maximus quem aduerſarium eius actiõibus ſuis timebat interemit. Quia vero gracci et ſaturninus pro ſuſ|ctione plebis occiſi videntur dicit Lentulum et Cethegum nõ eſſe tales: ſed communes tam plebeiorum q̃ patriciorum hoſtes. Tenentur duo ſcilicet Lentulus ⁊ Cethegus qui principes erant: aut quis plures erant non legetur duo ſed dico: verumtamen Cicero non dico ſed inquam dixiſſet: et ad imminuendam ſeueritatẽ ſententie

Saturninus.

Incẽdio.

mortis periculo atq; inſidiis fuit. Ego multa tacui: multa pertuli multa conceſſi: multa meo dolore quodã in veſtro timore ſanaui. Nunc ſi hunc exitum conſulatus mei dii immortales eſſe voluerunt: vt vos populumq; romanum ex cæde: miſeria: coniuges: liberoſq;: virgines veſtales ex acerbiſſima vexatione: tẽpla atq; delubra hanc pulcerrimam patriam omnium noſtrum ex fidiſſima flamma totam italiam ex bello: ex vaſtitate eriperẽ: quæcũq; mihi vni fortuna proponatur ſubeatur. Etenim ſi Publius Lentulus ſuum nomen inductus a vatibus fatale ad perniciem reipublicæ fore putauit: cur ego non leter meum conſulatum ad ſalutem populi romani prope fatalem extitiſſe. Quare P.C. conſulite vobis: proſpicite patriæ: conſeruate vos: coniuges: liberos: fortunaſq; veſtras populi romani nomen ſalutemq; defendite: mihi parcere ac de me cogitare deſinite. Nam primum debeo ſperare omnes deos (qui huic vrbi præſident) pro co mihi ac mereor relaturos eſſe gratiam. deinde ſi quid obtigerit: æquo animo paratoq; moriar. Nam neq; turpis mors forti viro poteſt accidere: neq; ĩmatura conſulari: nec miſera ſapienti. Nec tamen ego ſum ille ferreus qui fratris chariſſimi ac amãtiſſimi præſentis merore non mouear: horumq; omnium lacrimis (quibus me videtis circunfuſum eſſe). Neq; meam mẽtem non molliat quæ domum ſepe reuocat examinata vxor & abiecta metu filia: & paruulus filius quem mihi videtur cõplecti reſpu. tanq̃ obſidem conſulatus mei. Neq; ille (qui expectans huius exitum diei ſtat in meo) gener. Moueor his rebus omnibꝰ: ſed in eam partem vti ſalui ſint vobiſcũ omnes (et iam ſi me aliqua vis oppreſſerit) potius q̃ illi & nos vna cũ rep. pereamus. Quare. P.C. icũbite ad ſaluẽ reip. circũſpicite oẽs procellas q̃ impẽdẽt: niſi prouidetis. Non Tyberius graccus ꝙ iterũ tribunus plebis fieri voluit: non Caius graccus ꝙ agrarios concitare conatus: non. L. ſaturninus ꝙ. C. mẽmiũ occiderit: in diſcrimẽ aliquod aut ĩ vr̃æ ſeueritatis iudiciũ adducit. Tenent duo q ad vrbis incẽdium: ad veſtrã oĩm cædẽ ad catilinã recipiendum romæ reſtituerũt. Tenẽtur literæ ſigna manꝰ: deniq; vniuſcuiuſq;

confeſſio. Sollicitãtur allobroges ſeruitia excitãtur: catilina accerſitur initium eſt conſilium: vt interfectis omnibus nemo ad plorãdum quidem po. ro. nomẽ atq; lamẽtãdum tãti imperii calamitatem relinquatur. Hæc omnia indices detulerunt: rei confeſſi ſunt: vos multis iam iudiciis iudicaſtis primum q mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis atq; mea virtute atq; diligentia perditorum hominum coniurationem eſſe patefactam: decreuiſtis. Deinde q P. Lentulum ſe vt abdicaret prætura coegiſtis. Tum q eum & cæteros (de quibus iudicaſtis) in cuſtodiam dãdos cenſuiſtis. Maximeq; q meo nomine ſupplicationẽ decreuiſtis: qui honos togato habitus ante me eſt nemini. Poſtremo hodierno die præmia legatis allobrogum & titio volturcio dediſtis ampliſſima q̃ ſunt oĩa eiuſmodi: vt hi qui in cuſtodiã noĩatim dati ſunt: ſine vlla dubitatiõe a vobis dãnati eſſe videãtur Sed ego inſtitui referre ad vos. P. C. tanq̃ integrũ etiã de facto quid iudicetis: & de pœna quid cẽſeatis. Illa prædicã q̃ ſunt cõſulis. Ego magnũ in rep. furorẽ verſari & noua quædã miſceri & concitari mala iampridẽ videbã. Sed hanc tantã: tã exitioſam haberi coniurationẽ a ciuibus nunq̃ putaui. Nũc quidquid eſt quocũq; veſtræ mẽtes inclinant atq; ſentẽtiæ: ſtatuẽdum eſt vobis ante noctẽ. Quantũ facinus ad vos delatũ ſit videtis. Huic ſi paucos putatis eſſe affines vehemẽter erratis. Latius opiniõe diſſeminatũ eſt hoc malũ: Manauit nõ ſolum per italiam: verũetiã tranſcẽdit alpes & occulte ſerpẽs iã multas prouincias occupauit. Id opprimi ſuſtentãdo aut prolatando dies nullo modo põt quacũq; rõne placet: celeriter vobis vindicandũ eſt. Video duas adhuc eſſe ſnĩas: vnã decii ſyllani q̃ cẽſet eos q̃ hæc delere conati ſũt morte eſſe mulctãdos: alterã Caii Cæſaris q mortis pœnã remouet cæterorũq; ſuppliciorũ oẽs acerbitates ãplectitur Vterq; & ꝑ ſui dignitate & ꝑ rerũ magnitudiẽ i ſũma ſeueritate verſaẽ. Alter eos q̃ nos oẽs q̃ pp̃lm romanũ vita priuare conati ſũt: q delere ĩperiũ: q po. ro. nomẽ extinguere punctũ tp̃is frui vita: & hoc cõi ſpiritu nõ putat oportere. Atq; genꝰ pœnẽ ſepe improbos in ciues i hac rep. eſſe vſurpatũ recordatur. Alter intelligit mortẽ a diis ĩmortalibꝰ ſupplicii cã conſtitutã nõ eſſe: ſed aut neceſſitatẽ naturæ: aut laborũ: aut miſeriarum quietem.

duorum tantum meminit. Sollicitantur non tantum legati: ſed & alii qui in patria erant quod ad terrorẽ dicit: licet incertum ſit. Nã de iis qui rome erant poſt indicium certum eſt q nõ ſint amplius ſollicitati. Seruitia: id eſt ſerui. Accerſitur: id eſt vocatur in vrbem. Initium: id eſt inceptũ eſt aut conceptũ eſt & habitum. Nemo relinquatur: quod verbum ad ſummum odium excitandum plurimum valet. Indices: ſcilicet Allobroges & volturcius. Rei: id eſt de rerum accuſati: & quorum res agitur. Lentulus. Cethegus &c. Vos iudicaſtis id eſt ſententiam tuliſtis: vt turpe ſit aliter ſentire non aliter cõperta. Singularibus id eſt egregiis & ſingulariter ad me habitis. Meo nomine. q. d. ad honorem & famam meã: ſupplicationẽ. i. rogationẽ & proceſſionẽ diis faciendã. Togato. i. nõ ſumptis armis. Nominati id eſt expreſſo nomine. Affines: hoc eſt complices. Prolatando dies. i. procraſtinando. Video duas &c. De his ſententiis manifeſte viſus eſt i Salluſtio de bello Catilinario. Vnam decii Syllani: quem tamen variabilem aſſerit Salluſtius. nã poſtea in cæſaris ſniam cõceſſit. Oẽs acerbitates cæterorũ ſuppliciorũ excepta morte. Vterq; tã decius q̃ cæſar. Alter ſcꝫ decius nondum audita ſententia cæſaris. Punctũ tẽporis Cicero fere tẽpus q̃diu in accuſatiuo ponit etiam ſi nõ ſit determinatũ: vt annũ audientem cratipũ. et hic pũctum. Communi ſpiritu. id eſt aere quo ſpiramus: et quem inſpiramꝰ & exſpiramus reſpirantes. Alter ſcilicet cæſar qui dicitur vſq; ad penitudinem fuiſſe clemens quia quibus pepercerat ab iis poſtea occiſus eſt. A diis immortalibus a quibus bonũ credebant petẽdũ. vnde iuppiter iuuans pater dictus & iuno quaſi iuuãs nurus ſeu nuru. Neceſſitatẽ nature ſciliꝫ deficientis aut laborũ aut miſeriarũ quietẽ. Vñ Flaccus. Mors vltima linea rerum Dicebãt tamẽ ethnici

etiā deos vltores ſcelerū: Vñ iuppiter ſalmonea proſtrauiſſe fulmine & in gigāteo bello dīj cōiter impios ne caſſe dicitur. Eā ſcilicet mortem. Sapiētes, vt Socrates & Regulus & Cato vticēſis poſtmodū de eo autē nūc non loquitur cū nōdum ſibi mortem cōſciuerit: ſed potius de dechs patre & filio: aut de curtio qui ſe armatum in hiatum terre precipitem dederat. Vincula ſempiterna de quib⁹ in oratione ceſaris apud Salluſtiū fit mētio. Decernatur. i. dīju dicet a vobis: q̄ ſola ſcilicet

Itaq; ſapiētes eam nūq̄ inuiti: fortes etiam ſepe libenter appetiuerunt. Vincula vero (& ea ſempiterna) certe ad ſingularem pœnam nepharii ſceleris inuēta ſunt. Itaq; municipiis diſpertiri iubet. Habere videtur res iſta impunitatem ſi imperare velis: difficultatem. ſi rogare decernatur tamē ſi placet. Ego enim ſuſpiciam: & (vt ſpero) reperiam qui quod ſalutis omnium cauſa ſtatueritis: nō putet eſſe ſue dignitatis recuſare. Adiungit grauem pœnam municipibus ſi quis eorum vincula ruperit: horribiles cuſtodias circūdat: & digna ſcælere hominum perditorū ſancit: ne quis eorꝫ pœnā quos cōdennat per ſenatū aut per populum leuare poſſit. Eripit etiam ſpem: quæ ſola homines in miſeriis conſolari ſolet. Bona præterea eorū publicari iubet: vitā ſolā relinquit nefariis hominibus: quā ſi eripuiſſet: multas vno dolore animi atq; corporis omniū ſcelerū pœnas ademiſſet. Itaq; vt aliqua in vita formido improbis eſſet poſita apud inferos eiuſmodi quædam illi ſupplicia impiis cōſtituta eſſe antiqui voluerunt: q̄ videlicet intelligebant his remotis non eſſe mortem illā pertimeſcēdā. Nunc patres conſcripti mea video quid interſit: ſi eritis ſecuti ſniām Caii Cæſaris: qui in hāc rēp. viā (quæ popularis habetur) ſecutus eſt fortaſſe minus erūt hoc authore et genitore huius ſniæ: mihi ppl'ares impet⁹ ptimeſcēdi. Sin illā alteram ſecuti fueritis neſcio an amplius mihi negotiis cōtrahatur. Sed tamen meoꝝ periculoꝝ rationes vtilitas reip. vēdicat. Habemus enim a cæſare (ſicut ipſius dignitas & maiorum eius amplitudo poſtulabat) ſententiam tanq̄ obſidem ſue in rēp. voluntatis. Intellectum eſt quid intereſſet inter leuitatem concionatorum & animum vere popularem ſaluti populi cōſulentem. Video de iſtis (qui ſe populares haberi volunt) abeſſe nō neminem: ne de capite videlicet ciuium romanoꝝ ſententiā ferat. Is & nudiuſterti⁹ in cuſtodiā Caiū. P. dedit & ſupplicationē mihi decreuit: & indices heſterno die maximis muneribus affecit. Iā hoc nemini dubiū eſt qui reo cuſtodiā: q̄ſtori gratulationē indicibus præmiū decreuit: quid de tota re & cā iudicarit. Ac nō. C. cæſar itelligit legē ſemproniā eē de ciuib⁹ cōſtitutā romanis: q

Spes — ſpes et eſt prouerbiale. Ibis ſcʒ ſupplicijs poſt mortem: quia tā bonis q̄ malis moriendum eſt: et ita minus eſſent formidanda improbis mors ſi nihil poſt exitum ab hac vita paſſuri ſunt. Voluerunt: hoc non ſatis firmiter dicit ad fidem quaſi vere non ex vero: ſed ad terrorem ea excogitata ſunt que de improborum penis dicitur. Mea quid interſit: hoc eſt quid commodi et vtilitatis cōſequar quaſi dicat minori inuidie ſubiacebo. Neſcio an amplius negotij eſt: hoc eſt amplius copioſi⁹ negotiū hoc eſt maior cura et ſollicitudo. Habemus enim a. C. Ceſare. In gratiam ceſaris honorifice de eo loquitur: ſed poſtea ſniam aperit. Et maiorum eius qui nobiliſſimi fuerunt. Nā ab enea oriūdi erāt. vnde etiam Iulius ab iulo enee filio nomē ſumpſit dicēte Marone. Iulius a magno demiſſum nomen iulo. Leuitatē id eſt variabilitatē et adulationem cōcionatorū. i. eorum qui vulgo ad placitum plebis orare ſolent. Sicut

Grauitas — enī grauitas & conſtantia et firmitas in propoſito et ſeueritate eo q̄ res grauis difficulter loco mouet. Sic

Leuitas. — cōtra leuitas & facilitas in mobilitate. Vere: hoc ē nō ad aſſentationē: ſʒ ad ſalutē popularē. i. ppli fauorē. Abeſſe nō neminē. i. quendā ſibi notū quē nō nolat ne inuidiā ei⁹ in ſe cōcitet

Videlicet — Vel apta ironie vox ſicut ſ.

Nudiuſtertius. — Nudiuſtertius hoc eſt vt nūc dies ē terti⁹ qd ſeptuli dicit anteheri. Supplicationē mihi. i. ad honorem

Index. — meū. Indices. i. q̄ coniurationē indicauerunt. Indicare aūt ē pprie dicere ea in q̄b⁹ is q̄ dicit cōſcius eſt q̄ vo id facit index eſt. Reo cuſtodiā paſſiuā: hoc eſt vt cuſtodiretur. Iudicarit. i. iudicauerit. q. d. iʒ mō obſtr: cū prius ſniaʒ dedit. Ac nō. Quaſi dō iulius Ceſar nō itelligat: & ita tacite docet ceſarē nō pnūciaſſe ex recto iudicio: q: lex ſempro

nia que cẽſebat in ciuem romanũ non eſſe aiaduertẽdum pena ſanguinis: non cõprehẽdit patrie pditores qui ciues nõ ſunt. Deniq; ſup. ac nõ intelligit. i. quaſi nõ inteligat: illũ latorem ſempronie legis. i. ſempronius ipſius depẽdiſſe. i. perſoluiſſe publica pena. q. d. ſi ipſe lator impunis nõ fuit quid eis pfuerit qui amplius ciues nõ ſunt. Appellare poſſe ſup. cẽſet. Leuãdo i. diminuẽdo. & hec oia i ceſaris lenitatẽ dicit. Dederitis mihi ppl'm charũ & iucũdum: qz talia libẽter auditur⁹ ẽ. Sin hoc eſt: ſi ſyllanã. i. decẽ ſyllani. Cerno aio. dñ aio: qz p ſe cernere dicũtur qui exterioribus oculis videt. Cuzvo ppoſuit regnãtez Lẽtulũ. O ia trahit in inuidiã. Nam regni & dñationis nomen inuidioſum admodũ erat romanis. Ex faſtis ſibyllinis. i. libris p ſibyllam ſcriptis de faſtis romanoꝝ. Cõfeſſus eſt: qz interrogat⁹ de ea re cum poſſet negare palã pfeſſus ẽ ſentire regnum ſibi p faſtos ſibyllinos portẽdi vt viſus ẽ pri⁹. Purpuratũ. i. purpura: hoc eſt lato clauo: q̃ veſtis ſenatoria eſt indutus aut veſtẽ pſularẽ potius intelligit. Cum exercitu: ſcz cõparato p Mãlium feſulanum vt Catilina ſit imperator ſummus. Vexationes: hoc eſt ſubagitationes et oppſſiones violẽtas Virginum veſtaliũ. i. veſte q̃ dea caſtitatis erat pſecrataꝝ: ea lege vt ſi ſe pollui ſinerent viue in terrã defoderẽtur. Quã acerbiſſimũ: hoc eſt maxie acerbum. Vtrũ his clemẽs ac miſericors &c. In tali caſu duplex ẽ habẽdus reſpect⁹: & ad iterfectos & ad interfectores: reſpectu eos q̃ interfecti ſint clemẽs & miſericors fuerit ſi acriter iterfectores punierit: reſpectu iterficiẽtium ꝫ videt. Sed qz plus iterfectos q̃ interfectores reſpicere tenerẽtur: plus clemẽs q̃ ſeuer⁹ fuerit cẽſendus. Importun⁹. i. ꝫ id qđ oporteat fieri. Ferreus: hoc eſt dur⁹ vt ferrũ. Qui nõ lenierit: ſcz p ſupplicium ſumptum de ſeruo tali. Sic enei. ij. Animſq; expreſſe inuabit. Trucidaret hoc eſt trucuلẽter occidere. Deflagrati: hoc eſt igne abſumpti imperij. Si remiſſiores &c.

autem reſp. ſit hoſtis cũ ciuẽ eſſe nullo mõ poſſe. Deniq; illũ latorem ſemproniæ legis iuſſu ppli pœnas reſp. depẽdiſſe. Idẽ ipm lẽtulũ largitorẽ & pdigũ nõ putat cũ de pnicię ppli ro. exitio vrbis tã acerbe: tã crudelr cogitarit: & appellari poſſe popularem. Itaq; hõ mitiſſim⁹ atq; leniſſim⁹ nõ dubitat. P. Lẽtulũ æternis tenebris vinculiſq; mãdare: & ſancit in poſterũ ne qs hui⁹ ſupplicio leuãdo ſe iactare: & in pnicie ppli ro. poſt hac pplaris eſſe poſſit. Adiũgit & publicatione bonoꝝ vt ois animi cruciat⁹ & corpis etiã egeſtas ac mẽdicitas ſequat. Quãobrem ſiue hæc ſtatueritis dederitis mihi ad cõcionem ppl'm charũ atq; iucũdum. Siue ſyllanam ſniam ſeq malueritis: facile me atq; vos a crudelitatis vituperatione defendetis atq; obtinebo crudelitatem eã multo leuiorem fuiſſe. Quãq; patres cõſcripti quæ põt eſſe in tãta ſceleris immanitate puniẽda crudelitas. Ego eñi de meo ſenſu iudico. Nam ita mihi ſalua repu. vobiſcũ pfrui liceat: vt ego q̃ in hac cã vehementior ſum nõ atrocitate ai moueor (qs eñi eſt me mitior) ſed ſingulari qdam hũanitate & mĩa. Videor eñi mihi videre hãc vrbem lucẽ orbis terraꝝ atq; arcẽ oim gentiũ ſubito vno incẽdio cõcidẽtem: cerno aio ſepulta in patria miſeros atq; inſepultos aceruos ciuiũ. Cerno. Verſat mihi ante ocl'os aſpect⁹ Cethegi & furor in vr̃a cæde bacchãtis. Cum vero mihi ppoſui regnãtem Lentulum (ſicut ipſe ex faſtis ſibyllinis mihi ſperaſſe cõfeſſus eſt) purpuratũ eſſe hũc Gabinium cũ exercitu veniſſe Catilinã: tum lamẽtationem matrũfamilias: tum fugã virginũ atq; pueroꝝ ac vexationes virginum veſtaliũ perhorreſco. Et quia mihi vehemẽter hæc vidẽtur miſera atq; miſerãda. Idcirco in eos qui ea pficere voluerũt: me ſeuerum vehementeq; præbeo. Etenĩ quæro ſi quis paterfamilias liberis ſuis a ſeruo interfectis: vxore occiſa: incenſa domo ſuppliciũ de ſeruis q̃ acerbiſſimum ſumpſerit: vtrũ is clemẽs ac miſericors an inhumaniſſimus & crudeliſſim⁹ eſſe videatur: mihi vero importunus ac ferreus qui nõ dolorem cruciatũq; lenierit. Sed & nos in his omnibus qui nos: qui cõiuges: qui liberos noſtros trucidare voluerunt. Qui ſingulas vniuſcuiuſq; domos: &

hoc vniuerſum reipu. domicilium delere conati ſunt: qui id egerunt vt gētem allobrogum in veſtigiis hui⁹ vrbis atq; in cinere defl grati imperii collocarent: ſi vehemētiſſimi fuerimus miſericordes habebimur. Si remiſſiores eſſe voluerimus ſummæ crudelitatis patriæ īpietate: ciuiū pernicie fama ſubeūda eſt. Niſi vero cuipiā. C. Cæſar vir fortiſſimus & amātiſſimus reip. crudelior nudiuſtertius viſus eſt cū ſororis ſuæ fœminæ electiſſimæ virū præſentē & audientē vita priuādum eſſe: cū auū iuſſu cōſulis interfectū filiūq; eius impubē legatū a pr̄e miſſum ī carcere necatū eſſe dixit: quoꝝ qd ſile factū eſt, qd' initū cōſiliū delēdæ reip. largitionis volūtas tū in rep. ſeruata eſt partiū quædā contētio: atq; illo tpe hui⁹ auus lētuli clariſſim⁹ vir armatus grā eſt pſecut⁹. Ille etiā graue vuln⁹ accepit ne qd de ſumma reipu. minueref hic ad euertēda reip. fundamēta gallos acceſſiuit: ſeruitia cōcitat: catilinā vocat: ac tribuit nos trucidādos cethego: cæteros ciues īterficiēdos gabinio: vrbē inflāmandā caſſio totā Italiā vaſtandā diripiēdāq; catilinæ. Vereamini cēſeo ne in hoc ſcelere tā immani ac nefario nimis aliqd ſeuere ſtatuiſſe videamini. Cum multomagis ſit verēdum: ne remiſſione pœne crudeles in patriā q̄ ne ſeueritate aīaduerſionis nimis vehemētes in acerbiſſimos hoſtes fuiſſe videamini: Sed ea quæ exaudio. P. C. diſſimulare nō poſſum. Iactātur eīm voces quæ peruenīūt ad meas aures eoꝝ qui vereri vidētur vt habeā ſatis præſidii ad ea quæ vos ſtatueritis hodierno die trāſigenda. Omnia prouiſa & parata & cōſtituta ſunt. P. C. cum mea cura ſumma & diligentia: tum vero etiam multo minore reipub. ad ſummum imperiū retinēdum etiā ad cōmunes fortunas conſeruādas: volūtate omnes aſſunt: omniūq; ordinum hoīes: cium deniq; vota: tum plenū eſt foꝝ: plena tēpla: circum forum pleni oēs aditus hui⁹ loci ac tēpli. Cauſa eſt eīm poſt vrbem cōditam hæc ſola inuēta: in qua oēs ſentirent vnū atq; idē præter eos qui cum ſibi viderēt eſſe pereūdum cum oībus potius: q̄ ſoli perire voluerunt. Hoſce ego hoīes excipio & ſecerno libēter. Neq; enim in improboꝝ ciuium: ſed in acerbiſſimoꝝ hoſtium numero habendos puto. Cæteri vero o dii immortales: qua frequentia: quo ſtudio: qua virtute ad dignitatem cōmunem ſalutemq; con

Ordo eſt. Si voluerimus eſſe remiſſiores: fama ſumme crudelitatis eſt ſubeūda impietate: hoc eſt ꝓpter impietatē patrie. i. in patriam: & pernicie hoc eſt ꝓpter perniciem ciuiū. Nudiuſtertius. i. nunc dies eſt tertius hoc eſt nup. De ſumma: hoc eſt integritate reipub. Hic ſcꝫ Lētulus in quem ꝑcipue agit q pceteros erat. vere amini cenſeo. Id p ironiam dicit. Nam addit cū multo magis ſit verendum &c. **Exaudio** Sed ea q̄ exaudio. i. expreſſe audio. Exaudire eīm eſt expſſe ſeu eminēter audire nō id qđ vulgo dicūt cuꝫ eoꝝ q rogātur pceſſiones: ſꝫ exorare ſit qđ oratur imperrare. **Exoro.** Comic⁹. vixq; exoro. Et rurſus. ſine te exorē. diſſimulare. i. geſtu oſtēdere me non exaudiſſe ſeu nō intelligere. Vereri vt habeā. Notabūt pueri **vereor vt** idē eſſe vereor vt faciaſ: vereor ne facias ſꝫ elegātius dicitur vt facias qñq̄dez vereor: timeo: metuo in ſe quādam negationem includunt. Nec dices vereor q habeas: ſꝫ vt &c. Sēſus aūt eſt: ſunt q̄ vereātur & timeāt me hr̄e ſatis pſidii. i. cuſtodie militaris ſeu militū ipſoꝝ. Prouiſa parat cōſtituta. **Auxeſis.** Bona auxeſis. Nā ꝑuidem⁹ rem parādā paramus ꝯſtituēdam ꝯſtituimus paratā & ꝑuiſam. i. cōfirmam⁹ ſtatuto q̄das Tum vero multo minore ſcꝫ cura reipu. q: leuauit hac cura rēpu. aut deeſt ſumptu: aut īpēdio ſeu detrimēto. Volūtate. i. ſpōte. Tuꝫ. i. inſup foꝝ. ſ. rez venaliū eſt plenū ſcꝫ militū dāntium noīa ſua vltro ꝯtra catilinā. Poſt vrbē conditā. Mire extollit fortunā ſuā. Preter eos: ſcꝫ cōiurat⁹os p eos corruptos: & in ſpez prede adductos. Cuꝫ oībus ſcꝫ ſuis: nō cuꝫ ſimpliciter oībus. Excipio: ſcꝫ e pſidio parato libēter: q: pniciosi adeſſent. Habēdos. i. reputādos. O dii immortales. Interiectio admirationis & gaudii idex vt certēt. i. nolint haberi iferiores

aut tepidiores in amanda republica. Diſſenſiõe huius ordinis. id eſt ab ordine ſenatorio. Hodiernus dies q.d. felicitas huius diei atq; hec cã: q2 oẽs iuſtum cẽſent in parricidas illos arma ſumere. Si in cõſulatu cõfirmatã meo. Ubiq; gloríe ſue cõſulis Cic. quã iactãtiam cũ Salluſtius ferre nequiret in eũ inuect⁹ eſt vt ſtatim videbimus in inuectiua eı⁹. Tribunos erarios a tribuẽdo ere dictos authore Feſto. Erariũ ꝫ aũt romanum. i. theſaurus publicus erat in ede ſaturni. Scribas quos notarios vocant: quinetiã qui cãcellarius dr magn⁹ ſcriba eſt. Ad erarium. i. ſtipẽdiũ aut erarium augẽdum in ſtipẽdia militũ. Ingenuorũ i naturali libertate natorũ. Tenuiſſimorũ pauperrimorũ libertinorũ libertate donatorũ. Seru⁹ eſt nemo. ĩfime cõditionis hoies poſtremos cõmemorat. Tolerabili cõditiõe ſeruitutis. i. qui nõ ſeruit dño alicui immani ⁊ crudeli. Audaciã ciuiũ. ſ. percitorũ ⁊ frementiũ in catilinã. Perhorreſcat. i. cũ horrore quodã inſpiciat. nã horrem⁹ etiã venerationis grã: vt Enei. j. Horrẽtiq; atrũ nemus imminet vmbra. Qui nõ extare cupiat. i. abũdare ⁊ pmanere audaciã ciuiũ. Extat eñi qđ ceteris cadẽtib⁹ permanet quaſi extra numerũ cadẽtiũ ſtãs vñ que non interierũt extare dicimus: vt tres decadas Liuij cũ relique nõ extent. Q̃ nõ cõferat tñ voluntatis. i. aſſenſus apparẽtis ei voce aut applauſu nõ tñ q̃tũ audet q2 nõ minus audet ſeru⁹ q̃ liber ſꝫ q̃tũ põt. i. q̃tũ illi pmiſſuz ẽ: ſeru⁹ eñi nomẽ dare nõ põt: nec militaret vñ i ſumma penuria miliũ ad pillea vocati legũtur ſerui. Leonẽ lẽtuli. i. efferũ ⁊ immanẽ clientẽ aut ſeruũ lẽtuli. Egẽtiũ: q2 egeſtas multos ad nephas ĩpellit ⁊ impꝛobꝛũ. i. neſciẽtiũ q̃tũ mali ⁊ piculi ſit patrie bellũ inferre aut iudicio patriũ obuiare. Eſt ceptũ ⁊ tẽtatũ ſꝫ nulli inuenti tã miſeri fortuna qđ pp egenoſi ciã aut pditi voluntate qđ pp impꝛobos nã extrema malitia eſſet eorũ grauitatẽ mali ſcirẽt ⁊ n velłẽt. Circũ tabernas. ſ. humiles domos vbi negociatores minores res ſuas venales habẽt i ſtationibus ⁊ tabulis. Illũ locũ ſelle. i. vbi aſſiduo ſedent atq; opis. i. vbi operatꝰ ẽ in officina qui non velit eſſe ſaluũ: hoc ẽ qui ſtelligãt oẽs quirites: cõtra

Erarium

ſentiunt. Quid ego hic equites romanos cõmemorẽ: qui vobis ita ſummã ordinis cõſilijq; cõcedũt vt vobiſcũ de amore reipu. certẽt: Quos ex multorũ annorũ diſſenſione huius ordinis ad ſocietatem concordiamq; reuocatos hodiernus dies vobiſcum atq; hæc cauſa coniungit. Quam coniunctionem ſi in cõſulatu cõfirmatam meo perpetuam in republica tenuerimus: cõfirmo vobis nullũ poſt hac malum ciuile ac domeſticum ad vllam reipub. partem eſſe venturum. Pari ſtudio defendere reipub. conueniſſe video tribunos ærarios fortiſſimos viros ſcribas item vniuerſos quos cum caſu hic dies ad ærarium vocauit frequentes video ab aſpectiõe huius ſortis ad ſalutem communem eſſe conuerſos omnis ingenuorum adeſt multitudo etiam tenuiſſimorum. Quis eſt enim cui non hæc templa: aſpectus vrbis: poſſeſſio libertatis: lux deniq; ipſa hæc: & hoc commune patriæ ſolum: cũ ſit charum tũ vero dulce atq; iucũdum: Operæpretium eſt: P. C. libertinorum hominum ſtudia cognoſcere: qui ſua fortuna huius ciuitatis ius conſecuti: hãc vere iam ſuã patriã eſſe iudicãt. quã qui hic nati & ſummo nati loco nõ ſuã patriam: ſed vrbem hoſtiũ eſſe iudicauerũt. Sed quid ego hos hoĩes ordineſq; cõmemorẽ: quos priuatæ fortunæ: quos cõis reſp. quos deniq; libertas ea quæ dulciſſima eſt ad ſalutẽ patriæ defendẽdã excitauit. Seruus eſt nemo qui modo tolerabili ſit cõditione ſeruitutis: qui nõ audaciam ciuiũ perhorreſcat: qui nõ extare cupiat: qui non tantum q̃tum audet: ſed q̃tum poteſt cõferat ad cõem ſalutem voluntatis. Quare ſi quem veſtrum forte cõmouet hoc quod auditũ eſt: leonẽ quẽdã lentuli cõcurſare circũ tabernas: ſperare prætio: ſollicitare animoſq; egẽtium poſſe atq; imperatorũ. eſt id quidẽ ceptũ atq; tentatum: ſed nulli ſunt inuẽti tam aut fortuna miſeri. aut volũtate perditi qui nõ ipm illũ ſelle atq; opis & quæſtus quotidiani locũ: qui nõ cubile & lectũ ſuũ: qui deniq; nõ curſum hũc otioſum vitæ ſuæ ſalũ eſſe velint. Multo vero maxĩa ps eorũ qui in tabernis ſunt imo id eñ dicẽdum eſt potius genus vniuerſum amãtiſſimũ otij.

Etenim omne eorũ inſtrumentũ oĩs opera atq; quæſtus: frequẽtia ciuium ſuſtinetur: aliturq; otio. Quorum ſi quæſtus occluſis tabernis minui ſolet: qd tãdẽ incenſis futurũ eſt. Quæ cũ ita ſint P. C. vobis populi romani præſidia nõ deſunt: vos ne pp̃lo rõano deeſſe videamini ꝓuidete. Habetis conſulẽ ex plurimis periculis ex media morte non ad vitã ſuã: ſed ad ſalutem veſtrã ſeruatum: oẽs ordines ad cõſeruãdã rẽpu. mente: voluntate: ſtudio virtute: voce conſentiũt. Obſeſſa facibus & telis impiæ coniurationis: vobis ſupplex manus tẽdit patria cõis: vobis vitã oĩm ciuiũ vobis arcẽ & capitolium: vobis penates: vobis ignẽ illum veſte perpetuũ ac ſempiternum: vobis oĩa deorũ tẽpla atq; delubra vobis muros atq; tecta vrbis commendat. Præterea de vita veſtra de cõiugum veſtrarũ ac de liberorũ aĩa: de fortunis oĩbus: de ſedibus: de focis v̄ris: hodierna die vobis iudicãdũ eſt. Habetis ducẽ memorẽ v̄ri oblitum ſui: q̃ nõ ſemꝑ facultas datur habetis omnes ordines: oẽs homines vniuerſum pp̄lm romanũ (id qđ in ciuili cauſa hodierno die primũ videmus) vnũ idẽq; ſentientem. Cogitateq; quantis laboribus fundatũ imperiũ: quanta virtute ſtabilitam libertatem: quãta deorũ benignitate auctas exaggerataſq; fortunas vna nox penę deleuit. Id ne vnq̃ poſt hac nõ modo confici: ſed ne cogitari quidẽ poſſit a vobis hodierno die ꝓuidendũ eſt. Atq; hæc nõ vt vos qui mihi ſtudio pœnæ ꝑcurritis excitarẽ locutus ſum: ſed vt mea vox q̃ debet eſſe in rep. prĩceps officio functa cõſulari videatur. Nũc anteq̃ ad ſentẽtias redeo: de me pauca dicã. Ego quãta manus eſt cõiuratoꝝ (quã videtis eſſe permagnã) tantã me inimicorũ multitudinẽ ſuſcepiſſe video Sed eã eſſe turpẽ iudico & infirmũ etiã cõteptã & abiectã. Quod ſi aliquãdo alicuius furore & ſcelere cõcita man⁹ iſta plus valuerit q̃ v̄ra ac reipublice dignitas me tamen meorum factorum atq; cõſiliorum nũq̃. P. C. pœnitebit. Etenim mors (quã mihi illi fortaſſe minitãtur) oĩbus eſt parata vitæ vero tantã laudem quanta me vos veſtris decretis honeſtaſtis. nemo eſt aſſecutus. Cæteris enim bene geſtæ. mihi conſeruatæ reip. cõgratulationẽ decreuiſtis. Sit Scipio clarus ille cuius conſilio atq; virtute Hannibal in aphricã redire atq; ex italia diſcedere coactus eſt. Ornetur alter.

tos conſtituiſſe vrbi incẽdiu moder eſtãtur eos per quos domiciliũ ſuũ quã tuliũ cõq; ſita miſſuri erãt Otio .i. pace et cõcordia ciuium nihil enim vẽdũt bello durante carũ rerũ quib⁹ carere poſſumus: occluſis tabernis q; nihil venale ꝓponere audẽt Habetis conſulẽ: honeſti⁹ quaſi dicat habetis me patria comunis tẽdit vobis id eſt ad vos ꝓ auxilio habẽdo. Omnia eorum legendum eſt deorum quia etiam quorum nõ meminit. Sepe autẽ cõmemorat ob quorũ ſalutem iuſtum ſoleat bellũ aſſumi. Atq; hec. Affert honeſtã rationes cur ita loquatur: non enim quo currentes inſtiget: ſed vt officio ſuo fungatur cũ ſit cõſul & ita primus in cõſilio vnde non arrogãter dicit ſed vt mea vox que debet eſſe in repub. princeps Id eñi nõ dicit ꝓpt eloquẽtiam aut priuatã aliquã virtutẽ: ſed ꝓpter cõſulatũ. Quãta manus .i. q̃rus exercitus aut globus Alicuius furore .i. infreni audacia. Etenim mors. Oſtẽdit ſe mortẽ cõtẽnere dũmodo iuſte inferat Honeſtaſtis .i. decoratis. Eſt eñi verbũ ab honeſto: nõ nomẽ ab honeſtas. Bene geſte .i. bñ gubernate reipu. Aphricam redire ſcilicet ad ꝓtegẽdos ſuos. Alter .i. poſterior ſeu minor Scipio aphricanus qui carthaginem deleuit: quã prior ſeu maior tributariã fecerat carthaginẽ i aphrica. & Numãtiã i hiſpania Luci⁹ paul⁹ ſcilicet emilius dictus macedonic⁹ & ob deuictã macedoniã Currum ſcilicet triũphalem: quia Perſes regem captũ: licet ob caſum ei⁹ fleuerat in triũpho ſuo dux it ante currum auratum quo in capitolium vehebatur. Mario com patrio te ſui nõ obliuiſcitur. Et reuera terti⁹ ſeruator vrbis dictus eſt. cũ tempore cymbrici belli actum fuiſſet de imperio niſi Mari⁹ illi ſeculo cõtigiſſet. Triumphauit autẽ de Jugurtha & de cym.

eximia laude aphricanus qui duas vrbes huic imperio infeſtiſſimas carthaginē atq; numātiam deleuit. Habeatur vir egregius. L. paulus ille: currū cuius rex potētiſſimus quōdam etiam nobiliſſimus perſes honeſtauit. Sit æterna gloria Mario: qui bis Italiam obſidione & metu ſeruitutis liberauit. Anteponatur omnibus pompeius cuius res geſtæ atq; virtutes: iiſdem quibus ſolis curſus regionibus ac terminis cōtinetur. Erit ꝓfecto inter horū laudes aliquid loci noſtræ gloriæ (niſi forte maius eſt patefacere nobis ꝓuincias quo exire poſſimus: q̄ curare vt etiā illi qui abſunt habeāt quo victores reuertātur). Quamq̄ eſt in loco vno cōditio melior externæ victoriæ: q̄ domeſticæ ꝙ hoſtes alienigenæ aut oppreſſi ſeruiūt aut recepti bn̄ficio ſe obligatos putant. Qui autem ex numero ciuiū deprauati aliqua demētia hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperūt eos cū a pnicie reipu. reppuleris: neq; vi coercere: neq; bn̄ficio placare poſſis. Quare mihi cū perditis ciuibus æternum bellū ſuſceptum eſſe video quod ego veſtro bonorūq; omniū auxilio memoriaq; tantoꝝ periculoꝝ (quæ non modo in hoc populo qui cōſeruatus eſt: ſed etiam omniū gentium ſermonibus ac mētibus ſemper hærebit) a me atq; a meis facile ꝓpulſari confido poſſe. Neq; vlla profecto tanta vis reperitur: quæ cōiunctionem veſtrā equitūq; romanoꝝ & tantam cōſpirationem bonoꝝ oīm ꝯfringere ac labefactare poſſit. Quæ cū ita ſint. P. C. pro imperio pro exercitu. pro ꝓuincia quā neglexi: pro triūpho: cæteriſq; laudis inſignibus (quæ ſunt a me ꝓpter vrbem veſtrā veſtræq; ſalutis cuſtodiā repudiata) pro clientelis prouincialibus: pro hoſpitio officii (quæ tñ vrbanis opib⁹ nō minore labore tueor: q̄ cōparo). Pro his igitur oībus rebus & ꝓ meis in vos ſingularibus ſtudiis: proq; hac diligētia quā perſpicitis ad cōſeruandam rempub. nihil a vobis niſi huius tēporis totiuſq; cōſulatus memoriā poſtulo: quæ dum erit in veſtris cōfixa mētibus firmiſſimo me muro ſeptū eſſe arbitrabor: ꝙ ſi meā ſpem vis improboꝝ fefellerit atq; ſuperauerit: cōmēdo vobis paruū meum filiū cui profecto ſatis erit præſidii: non ſolum ad ſalutem: verūetiam ad dignitatem: ſi eius qui hæc ſolus oīa ſuo ſolo ꝑiculo ſeruauit: illum eſſe filiū memineritis. Quapropter de ſumma ſalute veſtra.

beloꝝq; hic de Jugurtha nō loqtur: non eni Italiā obſederat vez de teutonis ⁊ ambronib⁹ quoꝝ triūphū diſtulit vſq; ad deuictos cymbros: ⁊ cū gemin⁹ triūphus ipſi decretus eſſet altero ꝯtētus erat. Pōpeius. ſ. magnus cui⁹ ſepe honorificā facit mētionē: ſed cū hoc tpe iunior fuerit ceſare ⁊ ita poſt alios rogatus ſnīam vt in Catilinario teſtatur Salluſtius dubitare poſſemus q̄ñ eius ꝓclara iam tum fuerit fama: qui Juliā ceſaris filiā poſtmodū duxerit vxorē. Uez ātea multa ꝓclara geſſerat vt Florus late atteſtat. Hoſtes alienigene deuicti ſeruari pñt cciues q̄ ſe hoſtes facere non pñt. Meis. i. cauſe mee q̄ iuſta ē fauētibus. Neq; vlla ꝓfecto tāta vis. i. potētia. Cōſpirationē. i. ꝯſenſuz. vñ cōſpiratio etiā i bonā partez accipit. Pro ꝓuincia quā neglexi: ꝯceſſit eni eā Antonio q̄ aīm ei⁹ a cōiuratis auerteret. vñ Sallu. in catilinario de Cice. dicit ꝙ collegā ſuū Antoniū pactiōe ꝓuīcie ꝓpulerat ne ꝯtra rēpu. diſſentiret: hoc ē ex pacto cōceſſerat ātonio ꝓuinciā. vñ ille emolumētum ac lucrū grāde cōſequeretur. pro triumpho qi eidem ātonio belli gerēdi curā dedit manens ad vrbis cuſtodiaz cū ſi i bellum cōtra Cati. ꝓficiſci voluiſſet: nō dubitet ſe cōſecuturū triūphū. Clientelis ꝓuincialibus quas habēt cōſules poſt cōſulatū in ꝓuincia geſtum pro hoſpicio. i. iure hoſpitalitatis. Nam q̄ ſemel cōſul ad ꝓuīciā miſſus erat in ea apud pimos ꝑpetuū hēbat hoſpiciū: tueor. i. defēdo q̄ cōparo. i. aqro. Memoriam. ſ. honorificā ſeu honorabilē vt ꝑpetua ſit cōſulat⁹ ab eo tā ſācte ⁊ tā vtiliter geſti ꝑpetua memoria. Muro. i. munimēto ſeu ꝓſidio. Paruū filiū ſcilicet marcū Ciceronē ad quē officia poſtmodū ſcripſit ad ſalutē. i. vt ſalu⁹ ſit verūz etiaz ad dignitates vt honore

Conſpiratio.

dignus cenſeat. Veſtra populiq; ro. vbi diuerſos caſ. .i. copulat. nã populi hic genitiuus ẽ caſus recti a ſalute. Habetis cõſules: de ſeipſo id dicit et honeſti⁹ q̃ ſi me dicat. NOn eſt ãpli⁹ tẽpus otii ꝛc. Hec inuectiua q̃nta ponitur habita tñ eſt: aut pmo aut ſecũdo loco: q: catilina adhuc i ciuitate exñte. In italia: q: i ciuitate: ſ; ab ei⁹ interitu manaret toti⁹ italie excidiũ. Creſcit indies: vt Valla pcipit indies iũgitur v̈bo aut cõparatiuo icremẽtũ cõnotãti. Ire pditũ: nõ dicit pdere: q: futurum minabat: nõ iam pdebat: immemor. i. neglector ꝛ qd mi⁹ dixit q̃ ſi dixerit contẽptor vt erat. Ad honorẽ. i. magĩratuſ conſularẽ q̃ ſingularẽ honorem pſuli ꝛ domui ei⁹ afferebat. Aggreſſus. ſ. vt rem difficilẽ ꝛ terribilẽ. Hoies em̃ nephariõs. Docet q̃s ſecũ collegerit catilina ad ſe nephariõs ꝛ ſacrilegos: qd duplici de cã facit vt ꝛ mi⁹ timẽdos ſignificet: ꝛ iuſti⁹ in eos ſeuiẽdũ. Etiã familias filios. Nõ ẽ ꝫ vox vna filiuſfamilias ſ; locutio. nã familias more greco gtũs ẽ vt hermenias. i. interptatõis cũ dr pihermenias. Exulib⁹ patriã: graphice dicit ea vnicuiq; pmiſſa qb⁹ potiſſimũ idigeret. Oib⁹ oia. ſ. que vellẽt aut poſſẽt obtinere: inf ſe effecerat: aut legẽdũ eſt affecerat. i. affectiõe cõmouerat aut effecerat. i. iſtruxerat ꝛ exhibuerat ac reddiderat affectos inf ſe. i. mutuo aſſenſu. Parẽtũ. ſ. patrũ iugulos. i. guttura aut eas gutturis partes qb⁹ ferro petitis aut iciſis vita adimit: vñ iugulare verbũ quo vtit flacc⁹ in epiſtolis. Vt iugulẽt homines ſurgunt de nocte latrones. Minarẽt animo nõ voce: ſed ideo minarentur dicit quia non dũ effecerant. Sed quoniã ordo eſt Sed iugurtha proh nephas. ſ. detestãdũ necauit filiũ. ſ. ex

Familias ſug.

P.C. populiq; ro. de veſtris cõiugibus ac liberis: de aris ac de focis: de phanis: ac tẽplis: de totius vrbis tectis ac ſedibus: de imperio ac libertate: de ſalute Italiæ de vniuerſa repu. decernite diligẽter vt inſtituiſtis ac fortiter. Habetis em̃ cõſulem: qui & parere veſtris decretis nõ dubitat: & ea quæ ſtatueritis quo ad viuet defendere & p ſeipſum præſtare poſſit.

Finitur quarta. Sequitur quinta in eundem catilinam inuectiua non quidem ordine quia iam adhuc in ciuitate erat.



mes retinet: quæ victis tolerãda ſunt: ea cũ facere poſſitis patia-
mini poti⁹ cẽſet: ita illi a vobis pacẽ vobis ab illo bellũ ſuadet hæc
ſi placẽt ſi tanta torpedo aĩos oppreſſit: vt obliti ſcelerum Cinnæ
cuius in vrbem reditu decus atcꝫ ordines omnes interierũt. Ni
hilominus vos atcꝫ coniuges & liberos Lepido permiſſuri ſi-
tis: quid opus decretis: quid auxilio Catuli: quin is & alii bo-

Conuerſa id eſt cõmutata. Malum publicum occulte ſupple inſtruebatur quia palam inſtruere nõ audebant. Diſturbantur ſ. a Lepido et ei adherentibus. Defenduntur occulte: ſcilicet pax et concordia. Et ſupple hi quib⁹ illa: id eſt talia placẽt ſunt i armis. Et vos ſup. eſtis in metu. Lepidi mandata inuidioſe id dicit. Qui ait placere ſupple ſibi: id eſt attamen aliena tenet. Reſcindi: id ẽ diſſolui dirimi ꝛ vt dicũt adnihilari ꝛ adhuc barbari⁹ annullari. Ciuitatẽ ꝯfirmari repete qui placere ait. Qui negat adẽptã ſcilicet ciuitatẽ: hoc eſt libertatẽ ciuium. Et qui ſibi placere ait tribunitiã poteſtatẽ: reſtitui. ſcilicet plebi. Ex qua ꝛc. Peſſime oim conuertit ſermonem ad ipſum lepidu. Cui nihil ſup. eſt domi id ẽ qui nihil habes niſi partu armis id eſt vi aut per iniuriam. Quaſi primu vult dicere q⁹ nõ reddideris q̄ ſe pro cõſule adhuc gerit quo ſcilicet bello diſturbať iã parta concordia. Noſtri ſcilicet nobilium quos ſylla tutabatur. Iſtis ſcꝫ tuis plebeis inquies. i. inq̄et⁹ ꝛ turbulẽtus. In ſolitudie. i. deſertos ab oib⁹ niſi ſit i ſolitudie legẽdũ: aut i ſolitudie vno vocablo p̄ ſolẽtia. merita. ſ. mala aut ſupplicia. Itutã. i. nõ tutã hoc ẽ nõ defẽſaꝫ. Verbis nõ manib⁹. Delect⁹. i. militũ ad bellũ delectiões ſunt habiti a lepido. Tãto bellũ acrius erit: q2 ex timore vr̃o illi inſolẽtiores erũt. Uñ ſubdit cum intelliget ſe metu ſcꝫ vr̃o odiſſe. i. odio pſequi. Nõ eni in vſu perito ẽ odio in pñti voce. Ita ſuadẽt illi. ſ. lepido pacẽ a vobis ꝛ ſuadẽt. hoc ẽ ſuadẽdo inducũt vobis bellũ ab illo. Torpedo. i. pigritia ex frigore ꝛ torpore ignauie. Scelez. Cinne. Naꝫ cinna ꝛ mari⁹ cũ carbõe ꝛ ſertorio ianiculũ occupauerẽt ꝛ fugati ab octauio ꝯſule receſſeſſẽt. mari

antium ⁊ aritiā ⁊ lauiniū colonias deuaſtauit: ⁊ cū nulla oīno ſpes eſſet optimatib? reſiſtēdi. Cinna ⁊ Marius in vrbē recepti eā velut raptā cedib? ⁊ rapinis vaſtauerūt. Sin. i. ſi digna noīe. ſunt ei ſenatores ⁊ patres dicti vñ ſeueri eſſe atq; maturi deberēt. Fortūa meliores. prouerbiale. i. ſicut illud Maronianū. Audaces fortuna iuuat. Ubi audētes q̄dā legūt. Dilabētur. i. euaneſcēt paulatim. Interrex. i. fungēs imperio aut ꝯſulatu itercadū donec ꝯſules creabunt: q: lepidū dixit ſecundū cōſulatum petere. Olim aūt verus erat interrex: ⁊ verū iterregnū cū mortuo rege donec nou? creabatur ceſſabat regnu: ⁊ erat tū q̄ interea officio regis fūgeret. Procōſule. i. qui ptāte cōſulari extra ordinē fungit: cū verus cōſul nōdū ſit aut nō oīa adminiſtrare poſſit. Ne q̄d detrimēti: id fere ꝯſulib? p̄cipi ſolet. Et hec de oratione Philippi in ſenatu ꝯ Lepidū qui cū acta ſylle tentare recindere bellū excitauit. Et a q̄nto Catulo collega italia pulſ? eſt: ⁊ in ſardania fruſtra bellū molit? perijt.

Interrex

Mors lepidi.

ni. R. P. fruſtra curant. Agite vt libet: parate vobis Cethegi atq; alia proditorum patrocinia: qui rapinas & incēdia inſtaurare cupiunt: & rurſus aduerſum deos pœnatis manus armare. Sin libertas & bella magis placent decernite digna nomine: & augete ingeniū viris fortibus: adeſt nouus exercitus & ad hoc coloniæ veterū militum: nobilitas omnis: duces optimi: fortuna meliores ſequitur iā illa quæ ſecordia noſtra collecta ſunt dilabētur. Quare ita cenſeo: ſed quoniam lepidus exercitū priuato conſilio paratum cum peſſimis & hoſtibus reipublicæ cōtrahit: ordinis auctoritatem ad vrbem ducit vti Ap. Claudius interrex cū. Q. Catulo procōſule: & cæteris quibus imperiū eſt vrbi præſidio ſint operāq; dent ne quid reſpublica detrimēti capiat.

Oratio. C. Cottæ conſulis ad populum.



QUirites. hec oratio dicit Caij cotte cōſulis: qd ex eo patet q̄d ipſe in ea. Cn. L. cōſul oſtendi tū in epitomatis. L. flori. q. M. Aurelius Cotta cōſul ad calcedoniam plio a rege victus eſt. rex q; a Pōpeio ⁊ metello vict?. Iterq; iudicia per. M. Aureliū Cottā ad eq̄tes romanos trāſlata ſunt: quo tēpore mithridates deſperatione rerum ſuarum ad tigranem regē armenie confugit. Unde ſiue idē Cotta ſit ſiue alius: certū eſt q; poſtq̄ male ab eo pugnatum erat ⁊ rurſus in patriam ac ciuitatem recept? erat hanc orationē habuit in qua cōmiſerationē populi ex infortunio ſuo et voluntaria (ſi erigatur) deuotione implorat. Quorū alia: id eſt quedā partim id eſt alia. Negotio ſcilicet gerēdo. Labos. nunc labor vſitatius dicitur. Opes id ē facultates non ingenium mutabant: quia animus inuictum gerebat. Parricida veſtri: id eſt ſi vos vitio meo aut negligentia occiſi eſtis in amicis aut liberis veſtris. Bis genitus

QVirites multa mihi pericula domi: militiæ: multa aduerſa fuere: quorū alia toleraui: partim reppuli deorum auxiliis & virtute mea. incq; his omnibus nunq̄ animus negotio defuit. neq; decretis labos. Male ſecundæq; res opes non ingenium mihi mutabant. At contra ī his miſeriis cūcta me cū fortūa deſeruere. Præterea ſenect? p ſe grauis curā duplicat cui miſero acta iā ætate ne mortē qdem honeſtā ſpare licet. Nā ſi pricida vrī ſum & bis genit? hic deos penatis meos patriāq; & ſummū īperiū vilia habeo qs mihi viuo

mihi cruciatus ſatis eſt: aut quæ pœna mortuo: cum oia memorata apud inferos ſupplicia ſcelere meo vici: a prima adoleſcētia in ore veſtro priuatus & in magiſtratibus egi: qui lingua: q cōſilio meo: q pecunia voluere vſi ſunt: neq; ego callidā facūdiā neq; ingeniū ad maleficiēdū exercui auidiſſimus priuatæ gratiæ maximas inimicitias ꝑ rep. ſuſcepi: q victus cū illa ſimul cū egēs alienæ opis plura mala expectarem. Vos qrites rurſus mihi patriam deos pœnatis cū ingēti dignitate dediſtis ꝑ qbus bñficiis vix ſatis grat⁹ videar ſi ſingulis aīam quā neq̄o cōceſſerim. Nam vita & mors iuræ naturæ ſunt: vt ſine dedecore cū ciuib⁹ fama & fortunis īteger agas: id dono datur atq; accipit. Conſules nos feciſtis qrites domi belliq; impeditiſſima rep. Nāq; impatores Hiſpaniæ ſtipēdium: milites: arma: frumētum: poſcūt & id res cogit qm̄ defectione ſocioꝝ & Sertorii ꝑ montis fuga: neq; manu certare poſſunt: neq; vtilia parare exercitus in aſia ciliciaq; ob nimias opes Mithridatis alūtur Macedonia plena hoſtiū eſt: nec minus Italiæ maritima & ꝓuinciaꝝ cū interim vectigalia parua & bellis incerta vix partem ſumptuū ſuſtinēt: ita claſſe quæ cōmeatus tuebatur minore q̄ antea nauigam⁹. Hæc ſi dolo aut ſecordia noſtra cōtracta ſunt: agite vti libet & ita ſuppliciū ſumite: ſin fortuna cōis aſperior eſt quare indigna vobis nobiſq; de repu. īcipitis atq; ego cui⁹ ætati mors ꝑpior eſt nō depcor ſi quid ea vobis incommodi demitur: ne mox īgenuo corpori honeſtius q̄ pro vr̄a ſalute finem vitæ fecerim: adſum. En. C. cotta Con. facio. quod ſæpe maiores aſperis bellis fecere voueo dedoq; me ꝑ repu. quā deinde cui mandetis circunſpicite. Nam talem honorem bonus nemo volet cum fortunæ & maris & terræ belli ab aliis acti ratio reddenda aut turpiter moriēdum ſit. tantummodo in animis habetote non me ob ſcelus aut auaritiam cæſum: ſed volētem pro maximis bñficiis animā dono dediſſe ꝑ vos Quiri. & gloriā maioꝝ tolerare aduerſa: & cōſulite reſp. multa cura ſummo īpio ineſt: multi ingēteſq; labores quos nequidq̄ abnuitis: & pacis opulentiam quæritis: cum oēs ꝓuinciæ: regna. maria: & terræq; aſpera aut feſſa bellis ſint.

Oratio Marci Tribuniplebis ad plebem.

tus: quia poſtliminio regnatus videtur cum iterū ſit patrie datus. Pena mortuo. Id fidei noſtre ḡdrat. Uici hoc eſt ſuperaui. Magiſtratib⁹ ſcilicet gerendis: niſi ſit legendum magiſtratus. Dediſtis. poſtq̄ ex captiuitate aut fuga rediȷt cōſules feciſtis. Oſtendit difficultatem rei gerende. Hiſpanie: id eſt qui in Hiſpania romano exercitui imperāt poſcūt ſcilicet a cōſulibus: quorum alter erat Cotta et ſertoꝛium qui ad mithridatē defecerat. Mithridatis: id eſt quas a mithridate rapuit. Parua: quia dum bella gerūtur non poſſunt vectigalia tam abunde colligi: ⁊ ſi colligantur in periculo ſint ne intercipiantur. Commeatus: id eſt victualia aut ad victū exercitus pertinētia. Contracta: id eſt comparata et hoc eſt ſi euenerunt. Incipitis ſcilicet obmurmurando contra conſules immeritos. Ea: id eſt per eius amotionem hoc eſt ſi vita mea vobis aut reipub. detrimento eſt. Cui mandetis: tacite innuit ſe adhuc vtilem fore reipublice cum non ſit facilis repertu melioꝛ Cum fortune. Ordo eſt. Cum ratio fortune belli et maris: et terre acti ab aliis ſit reddēda: aut moriendum turpiter ſi reddere non poſſit. Ceſum: non q̄ iam ceſus ſit ſed ſi decreuerint pro re publica cedendum eſſe. Per vos quaſi dicat: per veſtram ſalutem rogari Pacis opulētiā: hoc eſt que in pace eſſe ſolet.

r

Si quiri. ꝛc. hec oratio inſcribitur Marci tribuniplebis: ſed cū multi ſint tribuniplebis hoc noīe nō facile cōſtat cuiuſnā ſit. niſi ꝙ q: in ſyllā dicit ſub illius dñatione dixerit: vt Marcus Lepidus ſylle infeſt⁹. Si par. q. d. cū iam plurimū exiſtimatis. Fuit alij dicerēt foret. vtiq. i. ꝛ vri hoc eſt ꝛ vindices. i. defēſores: oīs iuris ſui: vcꝫ tribunos plebis. Nūc hortari. i. modo hoc eſt ſolū eſt reliquū. i. reſtat. Capeſſandā hoc eſt arripiēdam. Neq me pterit. i. bene ſcio. Solus. ſ. ſylla. Inani ſpecie magiſtratus ſcꝫ dictature: quā inſolētiſſime geſſit: q: cū. xxiiij. ꝓceſſit faſcibus: quod ante eū nullus vnꝙ attētauerat ꝛ reb⁹ nouis reipub. ſtatim cōfirmauit tribu. p'e poteſtatē minuit ꝛ oē ius legū ferēdarum ademit. Vñ hic tribun⁹ in eū inuehit. Dñationēq: ſe ꝓ dño geſſit. Factio noxioꝝ: vt ſylle ꝛ alioꝝ. Forti viro: i. eſt ꝙ malit ꝓ libertate pīcula obire ꝙ ita viuere. Quāꝙ oēs alij ꝛc. ſua grā. i. ob ꝓprium cōmodum. Meliuſq habēt. i. exiſtimāt: cum tñ nō ſit ita ꝙ gratis. i. ſine mercede: q: qui plebi obſequūtur nihil mercedis referūt qui vo nobilibus plurimū. Per militare nomē id ſub ꝓtextu gerēde militie ꝓ repub. Habēdos id eſt tenēdos in ſeruitute ꝗdaꝫ. Olbuoſcꝫ dignitatibus ꝛ ꝓuilegiis relinquere. ſ. a ſe parta: vt bona hereditaria relinquūtur minorib⁹: niſi q: voſmetipſi deſtinaſ. i. ordinatis ꝛ addicitis ad magiſtratū nūc dños ꝯtra ꝙs nullus audet ſuffragiū dare. Illuc. i. ad factio paucoꝝ potētiū. Si vſa ſcꝫ iura ꝛ mūera. Rarus eſt animus ē rar⁹. i. ſingularis vel multū ſtrēnuus ad defendēda. i. ꝓtegenda ea ꝙ placēt qm rarus id eſt infrequēs eſt alius ad defendēda. i. ꝓhibēda ea que placēt cetera que nō placēt que neglecti⁹ habētur: ſūt validiora id eſt plus valētium. Officere. i. nocere. q. d. ſi vnanimes fueritis: nihil vobis obeſſe poſſit: quos languidos: hoc eſt cum

dictatura ſylle.



Si quirites par exiſtimaretis qd inter ius a maioribus relictū vobis. & hoc a ſylla paratū ſeruitiū intereſſet multis mihi diſſerēdū fuit docēdūq quas ob iniurias & quoties a patrib⁹ armata plebs ſeceſſiſſet: vtiq vindices parauiſſet oīs iuris ſui. Tribu. Ple. nūc hortari modo reliquū eſt & ire primū via: qua capeſſendā arbitror libertatem. Neq me præterit quantas opes nobilitatis ſolus impotēs nam ſpecie magiſtratus pellere dominatōe incipiat quātoq tutius factio noxiorum agat ꝙ ſoli innocentes: ſed præter ſpem bonam ex vobis (quæ metum vicit) ſtatui certamina aduerſa pro libertate potiora eſſe forti viro ꝙ omnino nō certauiſſe. Quanꝙ omnes alii creati pro iure veſtro vim cunctam & imperia ſua gratia aut ſpe aut præmiis in vos conuertere: meliuſq habent mercede delinquere ꝙ gratis recte facere. Itaq oēs cōceſſere iam in paucorum dominationem qui per militare nomen: ærarium: exercitus regna: prouincias occupauere: & arcem habēt ex ſpoliis veſtris: cū interim more pecoꝝ vos multitudo ſingulis habēdos fruendoſq prebetis exuti omnibus quæ maiores reliquere niſi quia voſmetipſi per ſuffragia (vt præſides olim) nunc dominos deſtinatis. Itaq conceſſere illuc omnes & mox ſi veſtra receperitis ad vos redibūt pleriq: (rarus enim animus: eſt ad quæ placēt defendēda cætera validioꝝ ſunt). An dubium habetis non officere quid vobis vno animo pergētibus poſſit; quos languidos ſecordeſq pertimuere; niſi forte. C.

Cotta ex factione media conſu. aliter q̃ metu iura quedam Tr. Pl. reſtituit: & q̃q̃. L. Cicinus prius de poteſtate Tri. loqui. auſus muſſantibus vobis circumuentus tamen erat prius illi inuidiã metuere q̃ vos iniuriæ pertęſum eſt quod nequeo ſatis mirari. Quir. nã ſpẽ fruſtra fuiſſe intellexiſtis: Sylla mortuo: qui ſceleſtũ impoſuerat ſeruitiũ: finem mali credebatis: ortus eſt lõge ſæuior Catul⁹: tumult⁹ interceſſit Bruto & Emilio mamerco Cõſ. Deinde. C. Curio ad exitũ vſq; inſontis tribuni dominatus eſt: Luculus ſuperiore anno quantis animis ierit in. L. Quintum vidiſtis quantæ deniq; nunc mihi turbę concitantur: quæ profecto incaſſum agerentur ſi prius q̃ vos ſeruendi finem illi dominationis facturi erant: præſertim cũ his ciuilibus armis dicta alia ſed certatum vtrinq; de dominatione in vobis ſit. Itaq; cætera ex licentia aut odio aut auaritia in tempus arſere permanſit vna res modo quæ vtrinq; quæſita eſt. & erepta in poſterũ vis tribunitia: telum a maioribus libertati paratum. quod ego vos moneo quæſoq; vt animaduertatis: neu nomina rerum ad ignauiã mutantes otium pro ſeruitio appelletis: quo iam ipſo frui: ſi vera & honeſta flagitium ſuperauerint non eſt conditio: fuiſſet ſi omnino quieſſetis: nunc animum aduertere & niſi viceritis qm̃ oĩs iniuria grauitate tutior eſt arctus habebũt. Quid cẽſes igit aliquis veſtrũ ſubiecerit. Primũ oĩm omittẽdũ morẽ hũc quẽ agitis impigræ linguæ: animi ignaui: nõ vltra cõcionis locũ memores libertatis Deinde ne vos ad virilia vocẽ tribunos qui plebei modo: patritium magiſtratum. Libera ab auctoribus patritiis ſuffragia maiores vr̃i parauere. Quamuis Quiri. i vobis ſit & quæ iuſſa nũc p aliis toleratis: p vobis agere aut nõ agere certe poſſitis Iouẽ aut alium quem deum conſultorẽ expectatis magna illa cõſulũ imperia & patrũ decreta vos exequẽdo rata efficitis Quir. vltro licentiam in vos auctũ atq; adiutũ pperatis: neq; ego vos vltum iniurias hortor magis vti requiẽ cupiatis neq; diſcordias vt illi criminantur: ſed carũ finẽ volẽs iuregentium res repeto & ſi pertinaciter retinebũt nõ arma neq; ſeceſſionẽ ſed tantummõ ne amplius ſanguinẽ veſtrũ præbeatis cenſeo: gerat habeãtq;

adhuc eſſent languidi & puſillanimes. Iura quedam: q: per. M. Aureliũ Cottam pretorẽ ad equites romanos iudicia tranſlata ſut. De poteſtate tribunitia ſcʒ reſtringenda Catulus qui collega lepidi in conſulatu ipſum italia expulit q; acta Syllę reſcindere tentaret. Fuit ergo imitator Syllę. Quantis animis. i. ani moſitatibus quaſi dicat maximis. Hiſtorię autẽ tunc temporis recentes erant: & ita nõ opus erat eas pluribus exequi nũc autem quia Liui⁹ ꝓſertim interdicit multe obſcure ſunt multe tamen ex epitomatis. L. Flori colligi poſſunt. Ex licẽtia. i. infrenata potentia & libidine. Uis tribunitia rece pta ſcʒ e manibus plebis. Paratum. id eſt cõparatũ libertati ſcilicet conſeruande. Otius pro ſeruitio. id eſt q̃d debereis appellare ſeruitium. Grauitate tutior: hoc eſt q̃ñ quis vehementior eſt in iniuria inferẽda tãto tutior eſt: q: remiſſe agenti reſiſtitur. Habebunt hoc eſt tractabunt. Primũ ſupple cẽſeo. Deinde vocẽ. i. aduocẽ. Libera ſuffragia. i. vt dicunt voces: aut vota: aut puncta ad electionem magiſtratuum. In vobis. i. penes vos & in poteſtate veſtra Cõſultorẽ. id eſt datorem opis & conſilii: cũ conſultor fere ſit qui petit cõſilium. Exequendo. i. faciendo ſm decreta efficacia ea rata. i. oſtẽditis auctoritatẽ in vos habere & vos eis ſubiectos. Auctũ ꝓperatis licẽtiã. Auctũ & adiutũ ſupina ſũt Ultũ iniurias quoq; ſupinum ſed quia hoc torna non importat motũ ſubaudiã ire vt neq; hortor vos ire vltum & vt illi criminantur id eſt criminando obiiciunt mihi: ſʒ earum ſcilicet diſcordiarũ aut iniuriarũ fines volens iuregentiũ id eſt q̃d apud omnes gẽtes licitũ & iuſtũ cẽſet: repeto res ſcʒ ablatas p Syllã vt iura tribunitie poteſtatis Et ſi ptinaciter retinebũt. ſ.

ſuo modo imperia quærant triũphos. Mithridatem. Sertorium & reliquias exulũ perſequanť cũ imaginibus ſuis abſit periculũ & labos quibus nulla pars fructus eſt: niſi forte repẽtina iſta frumentaria lege munia veſtra penſanť: qua tñ quiniis modiis libertatem omniũ æſtimauere qui profecto amplius' poſſunt alimẽtis carere: nãq; vtilis exiguitate mors prohibetur. Seneſcunt vires: ſic neq; abſolui cura familiari tã pua re poſſit: at & ignaui q̃q; tenuiſſima ſpe fruanť: quæ tñ q̃uis ampla (q̃m ſeruitii pretiũ) oſtẽtarentur cuius torpedinis erat decipi & veſtrarum rerũ vltro iniuria gratiam debere. Namq; alio modo neq; valẽt in vniuerſos neq; conabuntur. Cauendus dolus eſt. Itaq; ſimul cõparant delinimenta & differunt vos in aduentum Cn. Pompeii quẽ ipſum vbi pertimuere ſublatũ in ceruices ſuas mox dempto metu lacerant: neq; eos pudet vindices vti ſe ferunt libertatis tot viros ſine vno aut remittere iniuriã non audere aut ius non poſſe defendere. Mihi quidem ſatis ſpectatũ eſt Pompeiũ tantæ gloriæ aduleſcentem malle principem volentibus vobis eſſe: q̃ illis dominationis ſocium: authoremq; in primis fore tribunitiæ poteſtatis. Verum quir. antea ſinguli ciues in pluribus nõ in vno cuncti præſidia habebatis: neq; mortaliũ quiſq̃ dare aut eripere talia vnus poterat. Itaq; verborum ſatis dictum eſt: neq; enim ignorantia res claudit verũ occupauit neſcio quæ vos torpedo: qua' nõ gloria mouemini neq; flagitio: cunctaq; p̃ſenti ignauia mutauiſtis abũde libertatem rati: quia tergis abſtinetur & huc ire licet atq; illuc munera ditium dominorũ. Atq; hæc eadẽ non ſunt agreſtib⁹ ſed cedũtur inter potẽtium inimicitias donoq; dãtur in prouincias magiſtratibus ita pugnatur & vincitur paucis: plebs quocunq; accedit pro victa eſt: & indies magis erit. Si quidem maiore cura dominationẽ illi retinuerint q̃ vos repetiueritis libertatẽ.

Finis.

Epiſtola Cn. Pompeii ad ſenatum.

Q. Sertorius.

Iura veſtra nõ cẽſebo arma ſup. ſumẽda neq; ſeceſſionẽ ſup. vobis faciẽdã ſed tãtũmodo ne prebeatis amplius ſanguinẽ veſtrũ gerẽdo bella p conſeruãdo dominio nobilium in vos. Mithridates regẽ ponti τ ſummũ hoſtem po. ro. Sertoriũ qui proſcriptus ingens ad bellũ in vlteriore hiſpania excitauit exercitũ τ cũ Gneo Põpeio dubia victoria pugnauit. Metellũ autem τ perpennã cũ duobus exercitibus prelio fudit cuius victorie partẽ cupiẽs auferre Pompeius parũ proſpere pugnauit. Obſeſſus deide calagurij aſſiduis irruptionibus nõ leuiora damna obſidentibus tulit. Mox Mithridates cũ eo federe icto bellũ po. ro. intulit ſed tãdẽ a. M. Antõio. τ M. perpenna τ aliis coniuratis in conuiuio interfectus eſt. Cũ imaginibus id eſt ſtemmatis aut inſignibus maiorũ. Abſit ſcilз a vobis quoniam ſeruitij pretiũ ſupple ſunt cuius torpẽdis quaſi dicat ſumme Iniuria id eſt ob iniuriam Differũt' id eſt ſuſpẽſos tenent Ignorantia res claudit id eſt impedit ab effectu obtinẽdo. Nõ gloria ſcilicet ex libertate τ preſtina digni tate. Nõ flagitio: ſcilicet ſylle τ populariũз ciuis. Quia tergis ſcз veſtris abſtinetur impersonaliter legẽ nõ abſtinẽtur' id eſt quia terga veſtra non cedũtur. Munera id eſt largitiões impune facere. Atq; hec' eadem' non ſunt agreſtib⁹ id eſt his qui in agris degũt ſed nihilominus cedũtur' inter potẽtum inimicitias id eſt dũ potentes inter ſe inimicitias ſuas exercẽt τ dantur dono ſcз in damnationem. Retinuerint. i. retinebunt: q̃ vos repetiueritis id eſt repetetis.



SI Aduerſus vos patriáq; & deos pœnates toties labores & pericula ſuſcepiſſem: quoties a prima adoleſcētia ductu meo ſceleſtiſſimi hoſtes fuſi: & vobis ſalus quæſita eſt nihil amplius in abſentem me ſtatuiſſetis q̃ adhuc agitis. P. C. quē contra ætatem profectū ad bellū ſæuiſſimū cū exercitu optime merito quātum eſt in vobis famæ miſerrima omnium & morte confeciſtis. hac in ſpe populus romanus liberos ſuos ad bellum miſit: hæc ſunt præmia ꝓ vulnerib⁹: & toties ob rēp. fuſo ſanguine. Feſſus ſcribēdo mittēdoq; legatos oēs opes & ſpes priuatas meas conſumpſi cum interim per trienium vix annus ſumptus datus eſt. Per deos immortalis vtrum cēſetis me vicem ærarii præſtare: an exercitum ſine frumēto & ſtipēdio habere poſſe. Equidem fateor me ad hoc bellum maiore ſtudio q̃ conſilio ꝓfectum quippe qui noīe modo imperii a vobis accepto diebus. xl. exercitum paraui. hoſtiſq; in ceruicib⁹ iam Italiæ agētis ab alpibus in Hiſpaniā ſummoui: p eas iter aliud: atq; Hannibal nobis opportunius pateſeci recepi Galliā. Pyrenæū Lacetaniā indigetis: & primū impetum Sertorii victoris nouis militibus & multo paucioribus ſuſtinui hyemēq; in caſtris inter ſæuiſſimos hoſtes non p oppida neq; ex ambitione mea egi. Quid deinde prælia aut expeditiōes hybernas. oppida exciſa aut recepta enumerem: quādo res plus valet q̃ verba: caſtra hoſtium apud Sucronem capta: & prælium apud flumē Duria: & dux hoſtiū. C. herēnius cū vrbe Valētia: & exercitu deleti ſatis clara vobis ſunt proq; his. O grati patres ægeſtatem & famem redditis itaq; meo & hoſtium exercitui par conditio eſt. Namq; ſtipendium neutri da-

SI aduerſus vos. h epiſtola. Cn. pōpeii ad ſenatū ꝓ ſtipendio ⁊ cōmeatu habendo ſcripta fiducie plena eſt: vt agnoſcamus ab eo ſcriptā q̃ magnifico ⁊ incorrupto aio res gerebat. ſi aduerſus vos. i. ſi ita ꝯ vos ⁊ deos penatē militaſſem: vt ꝓ vobis ⁊ ꝓ dijs militaui non poſſem acerbi⁹ i me aīaduertere q̃ olim rex egenū in tāto exercitu derelinq̄re. Cōtra etatē. erat eni admodū adoleſcēs. Ad bellū ſeuiſſimū: quale erat ꝯtra ſertoriuz in hiſpania: fame ꝯfeciſtis i. extermiaſtis appoſito rie miſerrima morte omniū. i. que cōfectio famis eſt miſerrima mors. hac in ſpe: vt ſcilz fame periret ⁊ ab ſenatu derelinq̄retur i terra hoſtili ſine ſubſidio ⁊ cōmeatu. Feſſus ſcribēdo. Sepe ergo antea ꝓ auxilio ſcripſerat. Oīs opes ⁊ ſpes priuatas. i. quas ꝓprias in amicis habuerā. Annu⁹ i. vni⁹ anni ſumptus cuz trienium hic fuerimus. Me vicem erarij ꝑſtare id eſt hic eſſe ꝓ erario. i. vt mea pecunia poſſim exercitū ſuſtinere an me poſſe habere exercitū ſine frumento ⁊ ſtipendio i. qui alaē quaſi ex vento. Maiore ſtudio. i. zelo ⁊ conatu. Modo. i. ſolūmodo noīe imperij. q. d. ſine auxilio impiali. Hoſtiſq; agentis. i. inimicos vincētes iam in ceruicibus. i. in onere Italie. Atq; hānibal. i. q̃ hannibal qui per alpes traiecit in italiā. Suſtinui primum impetuz: q: dubia victoria. In caſtris ⁊ nō in oppidis. Proq; his o grati pr̄es ironia eſt par cōditio: q: ſimilis egeſtas ⁊ nō magis nobis q̃ hoſti ſubuenitur. vñ addit Nāq; ſtipēdium neutri ſcilz exercitui datur victor vterq; ſcilz ſi vicerit ſuo ſumptu ⁊ impēdio ⁊ poteſt in Italiam venire cū nemo reſiſtat. Qd id eſt propter qd. Priuatim: id eſt peculiariter. Ad intermiſſionem. i. ex

terminationem qua oīa nece abſumpta ſunt. Ultro.i.nō laceſſit⁹ a nobis ſūptui nobis: qꝛ ꝓpter eas plura expēdere cogebātur. Malis fructibus.i.infecūdis & īminutis: qꝛ eo āno nō erat magnus ꝓuētus frumenti in gallia: et ita caritas annone. agitat.i.viuit fidem.i. credulitatez quā mihi habebant creditores. Transgredietur in Italiam.i.qḋ nunc in hiſpaniā a nobis geritur: gereretur ab hiſpanis in italia cōtra nos.

tur: victor vterq; in Italiā venire poteſt. Quod ego vos moneo quæſoq; vt aīaduertatis neu cogatis neceſſitatibus priuatim mihi cōſulere. Hiſpaniā citeriorem quæ nō ab hoſtibus tenet: nos aut Sertorius ad internitionē vaſtauimus præter maritimas ciuitates vltro nobis ſumptui oneriq; Gallia ſupiori anno Metelli exercitum ſtipendio frumētoq; aluit: & nūc malis fructibus ipſa vix agitat. Ego nō rem familiarem modo verūetiam fidem cōſumpſi reliqui vos eſtis qui niſi ſubuenitis initio & prædicēte me exercitus hinc & cū eo omne bellū Hiſpaniæ in Italiam trāſgredietur.

Omnes q̄ &c. Hec epiſtola Mithridatis regis pōti ad Arſacem regem pſaꝝ eſt. Nam vt ſeruius atteſtatur oēs reges pſaꝝ Arſaces dicebātur. Eam aūt dediſſe videtur qñ ad tigranem regez Armenie fugere cogebatur. diſſimulat tñ adhuc timorē & egeſtatem: vt facilius Arſacem ad ſocietatem belli cōtra romanos ineundā pelliciat cui⁹ gratia etiā (vt in tali re fieri ſolet) oſtendit romanos cōmunes oīum regum hoſtes: qḋ etiaz iugurtha boccho ſcripſerat. Dicitq̄ in principio Arſaci vtile eſſe cōib⁹ armis cōes hoſtes ꝓpellere: qꝛ etiam ſi in pace viuere velit a romanis nō permitteret. Deide oſtēdit etiā honeſtuz: qꝛ glorioſam: & ab oibus laudabilez cōſequeretur victoriā. Neq; petere: calli de purgat q̄ obſtare videntur: videlꝫ nr̄a recentis belli.i. ꝓpter bellum pauloante geſtū ꝓpter quā videretur nō poſſe cōuenire inter ipſum et Tigranem: ſed eam purgat: qꝛ cuꝫ Tigranes ſit ſibi obnoxius docet ex ſentētia ſua oia facturū. Mee res parum pſpere: qꝛ ter infeliciter pugnauit cū romanis: & tādem ſibi mortez inferre coactus eſt: qḋ veneno nō potuit: qꝛ medicamēto: qḋ ab eo mithridaticum vocāt ꝓmunitus idō

E piſtola Mithridatis.

Rex Mithridates regi Arſaci. S.



Omnes qui ſecūdis rebus ſuis ad belli ſocietatem orātur cōſiderare debēt: liceat ne tum pacē agere. deinde quod queritur ſatis ne pium tutū glorioſum an indecorū ſit. Tibi ꝑpetua pace frui liceret: niſi hoſtes opportuni & ſceleſtiſſimi. Egregia fama ſi romanos oppreſſeris futura eſt. Neq; petere audeam ſocietatem & fruſtra mala mea cum bonis tuis miſceri ſperem: atq; ea: quæ te morari poſſe videntur: ira in Tigranem recētis belli & meæ res parū ꝓſpere: ſi vera exiſtimare voles maxie hortabūtur: ille eīm obnoxi⁹: qualē tu voles ſocietatem accipiet: mihi fortuna multis rebus ereptis vſum dedit bene ſuadendi: & quod florētibus optabile eſt: ego non validiſſimus præbeo exemplum quo rectius tua componas. Namq; Romanis cum nationibus populis regibus cunctis vna & ea vetus cauſa

go viuit veneno confici nõ potuit: pater aũt ei⁹ etiã mithridates noie erat romanis amiciſſim⁹. Docet aũt ex aduerſa fortuna ſe meliorẽ ⁊ prudẽtiorẽ ad bellũ effectũ: ea cã. ſ. cupido. i. cupiditas: ꝑ dolũ. i. calliditatẽ. Ois tauꝝ agro ꝑter taurũ pſen: de quo paul⁹ emeli⁹ macedonic⁹ triũphauit antiocho rege ſyrie. Miſerrimum ſeruorũ: q: vltro in ſeruientes. Dederat eñi ingentia munera ſcipioni que ſe accepturũ pro tribunali idẽ ſcipio dixit. Ariſtonicũ. flor⁹ dicit ariſtonicum regia Eumenis filiũ aſiã occupaſſe: ⁊ aduerſus eũ. P. R. craſſum cõſulẽ cũ idẽ põtifex maxim⁹ eſſet qđ nũꝗ antea factũ erat extra italiã ꝓfectũ: ⁊ ab eo ꝓlio victũ ⁊ īterẽptũ fuiſſe. Sꝫ eũdẽ ariſtonicũ deinde a. M. perpẽna victũ ⁊ deinde ī deditionẽ acceptũ nicomede mortuo quo moriẽs. p. r. fecit heredẽ regniꝗ ei⁹ ī puincie formã redactũ eſt Nuſa eũ Nicomedes ꝑteriit: vt ꝗ eũ ſuũ nõ putarit tetrachiis. i. pricipatib⁹ ad iũ ꝑtinẽtib⁹. Ptholome⁹ rex egypti. vlt⁹ iiurias a bnicomede illatas. Spoliũ regis anthiochi Aliãſpoliũ appoſitio ẽ: qđ vulgares dicerẽt ī ſpoliũ aut tãꝗ ſpoliũ. Poſtrem⁹. ſ. peſſim⁹ aut īfim⁹ ſeruorũ. Quos abſtinuit. i. longe tenuit ⁊ ſeiũxit. Ptholome⁹ placãs ſup. eſt prio. ſ. rõanis dato bellum ad dies. ſ. aliquot donec me vicerint Cretẽſes ſemel īpugnati. ſ. a rõanis ſuppie ſunt neꝗ ſũt habituri finẽ. ſ. bellu iã. i. deincepa niſi excidio. Equidẽ cũ intelligerẽ ꝓlia magis dilataꝗ pacẽ datã īterea ob mala ipſoꝝ ꝗ ipſi patiebãtur: tigrane abnuẽte. i. Quis tigrães abnueret. qui ſero. i. cũ tardus nimis ẽ ꝓbat mea dicta id eſt verba aut cõſilia ⁊ te rẽoto. i. Quis tu eſſes remot⁹ a me: ⁊ oib⁹ aliis obnoxiis pcul. i. ⁊ Quis oẽs obnoxii eſſent pcul tñ ego cepi id eſt incepi rurſus bellũ. Marcum ꝗ cottam ⁊ cetera nõ dubito cũ eſſe cuius oratio inſcribitur. C. cocte. Naꝫ M. aurelius cotta cõſul a mithridate vict⁹ ẽ apđ cacidoniã: ſeu vt hic dicitur calcedona. Sꝫ. L. lucul⁹ ꝓcõſul ad cyzicũ vrbem exercitũ mithridatis fame ferroꝗ deleuit ⁊ in potuꝫ coegit e bithi-

bellandi eſt: cupido profunda imperii & diuitiarũ qua primo cũ rege Macedonũ Philippo bellũ ſumpſere: dum a Carthaginẽſibus præmebãtur amicitiam ſimulantes ei ſubuenientem Anthiocum conceſſione Aſiæ per dolũ auertere: ac mox a Philippo Anthiocus omni cis taurũ agro & decem milibus talentorũ ſpoliatus eſt. Perſen deinde Philippi filium poſt multa & varia certamina apud Samotrachas deos acceptũ in fidem callidi et repertores perfidiæ: quia pacto vitam dederant in ſomnis occidere cũ. Eneius amicitiam glorioſæ oſtentant initio prodidere Anthioco pacis mercede poſt habitum cuſtodi agri captiui ſumptibus & contumeliis ex rege miſerrimum ſeruorum effecere: ſimulatoꝗ impio teſtamẽto filium eius Ariſtonicum quia patrium regnũ petiuerat hoſtium more per triumphũ duxere. Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo bithyniã Nicomede mortuo diripuere cũ filius Nuſa quẽ regina appellauerat genitus haud dubie eſſet. Nam quid ego meme appellem: quem diſiunctũ vndiꝗ regnis & tetrachiis ab imperio eorum: quia fama erat diuitem neꝗ ſeruiturum eſſe per Nicomedem bello laceſſiuerunt ſceleris eorum haud ignarũ & ea quæ accidere teſtatũ antea Cretenſes ſoli oim liberi ea tẽpeſtate & rex Ptholomæus atꝗ ego vltus iniurias Nicomedem bithinia expuli. Aſiamꝗ ſpolium regis Anthiochi recepi. Et græciæ dempſi graue ſeruitium incœpta mea poſtrem⁹ ſeruorũ Archelaus exercitu prodito impediuit. Illiꝗ quos ignauia aut praua calliditas vt meis laboribus tuti eſſent armis abſtinuit: acerbiſſimas pœnas ſoluunt. Ptholomæus pretio ad dies bellum prolatãs Cretenſes impugnati ſemel iam neꝗ finem: niſi excidio habituri. Equidem cum mihi ob ipſorũ interea mala dilata prælia magis quam pacem datum intelligerem abnuẽte Tigrane: qui mea dicta ſero probat te remoto: procul omnib⁹ aliis obnoxiis: rurſus tamen bellum cœpi. M. ꝗ Cottam romanum ducẽ apud Calcedona terra fudi mari exui claſſe pulcerrima apđ Ciricũ magno cũ exercitu in obſidio moratũ frumẽtũ defuit: nullo circũ adnitẽte ſimul hyems mari prohibebat: ita ſine vi hoſtiũ

Ariſtonicus.

regredi conatus in patrium regnum naufragiis apud parum & heracleam militum optimos cum claſſibus amiſi. Reſtituto dein de apud caberam exercitu & variis inter me & Luculum: prælis inopia rurſus ambos inceſſit. Illi ſuberat regnum Ariobarzanis bello intactum ego vaſtis circũ omnibus locis in armeniam con ceſſi ſecuti romani nõ me ſed morem ſuum omnia regna ſubuer tendi: quia multitudinẽ arctis locis pugna prohibuere imprudẽ tiã tigranis pro victoria oſtentant. Nunc quæſo cõſidera nobis oppreſſis vtrum firmiorem te ad reſiſtendum: an finem belli futu rum putes. Scio equidem tibi magnas opes virorum: armorum & auri eſſe: & ea re a nobis ad ſocietatem: ab illis ad prædã pete ris Cæterum cõſiliũ eſt tigranis regno integro meis militibus ꝓ cul ab domo paruo labore per noſtra corpora bellum conficere. quo modo neq; vincere. neq; vinci ſine tuo periculo poſſumus An ignoras: romanos poſtq̃ ad occidentẽ pergentib⁹ finẽ ocea nus facit: arma huc conuertiſſe: neq; quidq̃ a principio niſi par tum habere: domũ coniuges: agros: imperium: cõuenas: olim ſi ne patria: ſine parentibus: peſte cõditos orbis terrarum quibus non humana vlla: neq; diuina obſtant: quin ſocios: amicos pro cul iuxtaq; ſitos inopes potentiſq; trahant: excidantq;: omniaq; & maxime regna hoſtilia ducant: nãq; pauci libertatem: pars ma gna iuſtos dominos volũt nos ſuſpecti ſumus æmuli & in tẽpo re vindices affuturi. Tu vero cui Seleucia maxima vrbiũ regnũ q; perſidis inclytis diuitiis eſt: quid ab illis niſi dolũ in præſens & poſtea bellũ expectas. Romani arma in omnes habẽt acerrima in eos quibus victis ſpolia maxima ſunt: audendo: & fallendo: & bella ex bellis ſerendo magnificati. per hũc morẽ extinguent om nia: aut occident. quod nõ difficile eſt ſi tu meſopotamia: nos ar menia circũgredimur exercitus ſine frumẽto ſine auxiliis: fortu na autẽ noſtris vitiis ad hoc incolumis eſt. Teq; illa fama ſequẽt auxilio profectum magnis regibus latrones gentium oppreſſiſſe quod vti facias moneo hortorq; neu malis pernicie noſtra tua prolatare q̃ ſocietate victor fieri.

nia confugere parui ſcʒ inſulã ſecuti romani nõ me: ſed ſuum morem .i. vt ex more ſuo occaſionẽ armenie iuadẽde ha berent. Et ea re id eſt ob virorũ ⁊ diuitiarum vim peteris a nobis ad ſocietatẽ ab illis ſcʒ ad prædã. Ceterum id eſt ſʒ quaſi dicat ꝗtum de reliquo dicẽdũ eſt: conſilium eſt id eſt cõſtitut. Tigranis ſcilicet regis armenie ad quẽ tãdẽ mithridates cõpulſus eſt cõfugere: regno integro .i. nõ onerato in dãdis militib⁹ aut ſtipẽdio. Procul a domo in terra hoſtili vbi exercitus alieno impẽdio alatur. Neq; vincere neq; vinci: q: ſi vincatur ab romanis ipſi etiã arſaci bellũ illaturi ſint. ſi vocat eos q: id ſine ſuorũ detrimẽto nõ fiat ⁊ romani facile exercitum reficiant id eʒ immineat periculũ: aut ſi vincat: q: arſaces auxilium nullũ tulit ſe illi hoſtẽ minatur fore: niſi partum .i. adquiſitum bellũ Initiũ ei imperij ro. nũc maximi olim minimum fuit ducant oĩa hoſtilia ſup. eſſe ⁊ maxie regna: q̃ ſibi adquirere volunt. Nãq; pauci .ſ. ſubditorũ. Tu vero .ſ. arſaces acerrima ſup. arma hñt i eos q̃bus ⁊c. .i. i opulẽtos. Aut occident id eſt interibũt in conatu ipſo. Qđ .ſ. eos occaſuros eſſe nõ eſt difficile: ſi nos circungredimur .i. gradiẽdo circũdederim⁹ eos: tu meſopotamia nos armenia. Exercit⁹ eſt ſup. illiat hoc ẽ rõanis ſine frumẽto ⁊ ſine auxilijs: q: lõge ſũt a patria. Fortũa ãt eis adhuc incolumis .i. fauſta ⁊ integra nr̃is vitijs .i. ob nr̃a vitia .ſ. ſecordiaʒ aut diſcordiã Et illa .ſ. ꝑclariſſima fama ſequẽtur te ꝓfectũ auxilio magnis regib⁹ .ſ. tigrani regi armenie ⁊ mithridati regi põti: oppreſſiſſe latrões gẽtiũ .ſ. romanos: neu malis .i. magis velis pernicie .i. dãno noſtro prolatare .i. differre tuã .ſ. perniciẽ: q̃ fieri victor ſocietate .ſ. inter nos inita.

Ad. C. Cæſarem ſenem de Republica.



Populus Romanus antea tenebat regna atq̧ imperia fortunam dono dare: item alia quæ per mortalis auide cupiuntur: quia & apud indignos ſæpe erant quaſi per libidinē data neq̧ cuiq̧ incorrupta permaſerant: ſed res docuit id verum eſſe quod in carminibus Appius ait. Fabrū eſſe quēq̧ fortunæ atq̧ in te maxime qui tantū alios prægreſſus es vt prius deſeſſi ſint homines laudando facta tua q̄ tu laude digna faciēdo. Cæterum vt fabricata ſic virtute parta q̄ magna induſtria haberi decet. Ne iniuria deformentur aut corruant infirmata. Nemo em̄ alteri imperiū volens concedit: & q̄uis nouus atq̧ clemens ſit qui plus poteſt: tamen quia malo eſſe licet formidatur. Id conuenit: quia pleriq̧ rerū potētes peruerſe conſulunt & eo ſe munitiores putant: quo illi quibus imperitant nequiores fuere at contra id eniti decet cū ipſe bonus atq̧ ſtrennuus ſis Vti q̄ optimis imperites: nā peſſimus quiſq̧ aſperrime rectorē patitur. Sed tibi grauius eſt q̄ ante te omnib⁹ armis parata cōponere. bellū alioꝝ pace mollius geſſiſti ad hoc victoriæ prædam petunt: victi ciues ſunt. Inter has difficultates euadendum eſt tibi atq̧ in poſterum firmanda reſpu. non armis modo neq̧ aduerſum hoſtis: ſed q̄d multo maius multoq̧ aſperius eſt bonis pacis artibus. Erga omnes magna mediocriq̧ ſapientia res huc vocat quæ quiſq̧ optima poteſt vti dicant. Ac mihi ſic videtur qualicunq̧ modo tu victoriam compoſueris ita alia omnia futura. Sed iam quo melius faciliuſq̧ conſtituas paucis quæ me animus monet accipe. Bellum tibi fuit Imperator cum homine claro magnis opibus auido potentiæ maiore fortuna q̄ ſapientia: quem ſecuti ſunt pauci per ſuam iniuriam tibi inimici.

Populus Ro. Hec ora ad C. Ceſarē iā voti cōpotē habita ē: ſz aut hoīs nomē ſupprimitur. Multa tamen artificioſe & ingenioſe ſimul & grauiter dicta continet: ſed plurima in gratiā ceſaris. Tenebat .i. firmiter putabat incorrupta ſcilicet ab aduerſitate. Fabrū .i. artificem & ſpecioſe dictū .q.d. talem quēq̧ habere fortunam qualem eā fecerit. Unde Juueñ. Sed te nos facimus fortuna deā &c. munitiores .i. tutiores. Neq̄ores. id ē minus queuntes aut valentes. Uñ neq̄ nō dr̄ ꝓprie peruerſus aut luxurioſus: ſed homo nihil .i. nulli⁹ virtutis vt qui nequit quicq̄ quaſi ſit nequidquam. Uti .i. vt: & optimis .i. valde bōis: qđ Ceſari attribuit ł bucco. Maro per allegoriam loquens. Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe. id eſt bōi populi melior imperator. Aſprime .i. difficillime & iniquiſſime. Armis parta cōponere .i. q̄ adq̄ſiuiſti armis ita diſpōere: vt nec victi nec victores grauentur. Victi eſſi ſunt ciues qui libertatē querunt: victores participes laborū & periculorū qui predā exigūt. Euadendum .i. inuēto honeſto medio quo neutri ledant e diſcrimine euadū. Aduerſuz hoſtis .i. q̄ pro hoſtibus habēdi ſint bonis artibus pacis .i. quibus pax bona conſeruet aut conſiliet. Ergo res .ſ. negotium præſens vocat huc omnes ſcilicet homines magna et mediocri ſapientia id eſt habētes magnam aut mediocrem ſapientiam: vt .i. vti ſuꝑple ipſi dicant ea q̄ quiſq̧ poteſt ſup. dicere optia. Ac mihi videtur ſic ſupple dicendum. Ita .i. tali modo. Cū homine videlicet Cneo pompeio magno. Maiore fortuna cōtra ſentit Lucanus & Cice. Nam cauſam quidem bonam pōpeius: ſed fortunā iniquam & deos aduerſos habuit: neceſſitudo .i. neceſſaria coniun-

Faber fortune.

ctio ſanguinis aut legis vulgi more qđ iſtabile ⁊ incertũ eſt: ꝙ iudicio .ſ. recto et firmo occupande reipu. q̄ vero eam non occupauerat ceſar. Ex quis pro exquibus maius: otium. id eſt minor moleſtia aut vexatio ꝙ
Immunitas phanorum. Rome: vbi in vincula conficiendi erant ob eis alienũ: atq; inſpoliato .i. inſpoliabili. Unde notãdũ eſt ꝙ immunitas etiã gentiliũ deoꝝ phonis erat ciuiliter .i. vt ciuẽ decet: nõ tyrannice neq; rigide: vt hoſtes aut barbari facerẽt. Oĩa imperia crudelia .i. que cũ crudelitate exercent̃ eſſe magis acerba .i. aſpera intolerabilia ꝙ diuturna: quia nullum violentum diuturnũ. neq; quemq̄ metuẽdum eſſe multis: quin formido recidat .i. reciproce cadat ad euꝫ qͥ quẽ multi timent eun dem odere ⁊ quem odere intereemptũ velint. Cõtra .i. econuerſo. Equiores: humaniores. An qui ordo eſt. An .i. nunq̇dq; .i. aliq̄ p̄dicẽt .i. affirmẽt me corruptoreꝫ ſup. eſſe tue victorie: his dictis .i. propter hec dicta ⁊ predicẽt me eſſe nimis bona volũtate: in .i. erga victos .ſ. a te .ſ.i. ſcire lꝫ cur id faciãt vcꝫ ꝙ ego arbitror dãda .ſ. a te ciuibus q̄ nos ſup. tribuimus ⁊c. ⁊ maiores noſtri tribuere ſepe externis nationib⁹ nobis. hoſtibus nobis .i. q̄ ſunt hoſtes nobis natura .i. p naturã. hoc eſt veniã ⁊ libertatẽ: imo priſci romani ſepe quoꝝ victores fuerant patroni effecti ſunt. Neq; ſup. arbitrior cedeꝫ ſup. expiandam .i. purgãdam cede .i. per cedẽ occiſoꝝ ⁊ ſanguinẽ expiandum ſanguine ritu id eſt more: barbaro .i. barbaroꝝ qui immanes talidẽ puniunt. An ſup. dicẽt in me illa que increpabantur pauloante hoc bellũ in Cneum pompeium et ſyllam victoreꝫ: aut ante victoriam ſylle. Obliuio interfecit Domitium ſcilicet Cneũ quem proſcriptum ⁊ hiericam regem numidarum bellum moliẽtes Cneus Pompeius in aphrica cepit ⁊ occidit Carboneꝫ ⁊ brutum. Nã vt florus recitat. L. Brutus a Cneo papirio Carbone qui Corcirã appulerat miſſus naue piſcatoria lilybeum vt exploraret an ibi pompei⁹ eſſet et circunuentus a nauibus quas pompeius miſerat in ſe mucrone verſo ad tranſitũ nauis obnixus corporis pondere incubuit Cneus pompeius in ſiciliam cum impe rio a ſenatu miſſus Cneum carbonem qui flens muliebriter mortẽ tulit. captũ occidit. Obliuio ãt īterfecit eos: aut qͥ negligẽtes erãt circa ſui cuſto
Domiti⁹.

Item quos affinitas aut alia neceſſitudo traxit. Nã particeps dominationis neq; fuit quiſq̄: neq; ſi pati potuiſſet orbis terrarum bello concuſſus foret. Cætera multitudo vulgi more magis q̄ iudicio poſt alius alium quaſi prudentiorem ſecuti: per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ reip. in ſpem adducti homines: quibus oĩa probro ac luxuria polluta erant non currere in caſtra tua: & aperte quietis mortem rapinas poſtremo omnia quæ corrupto aĩo iubebat minitari: ex quis magna pars vbi neq; creditum condonare: neq; te ciuibus ſicuti hoſtibus vti vidẽt defluxere: pauci reſtitere quibus maius otium in caſtris q̄ romæ futurum erat: tanta vis creditoꝝ impẽdebat: ſed ob eaſdẽ cauſas (immane dictu eſt) quãti & q̄ multi mortales poſtea ad pompeiũ diſceſſerint eoq; per omne tẽpus belli quaſi ſacro atq; inſpoliato fano debitores vſi. Igit̃: qm̃ tibi victori de bello atq; pace agitandũ eſt hoc vti ciuiliter deponas: illa q̄ iuſtiſſima: & diuturna ſit: de teipſo primũ quia cõpoſiturus es qđ optimũ factũ exiſtima. equidẽ ego cuncta imperia crudelia magis acerba q̄ diuturna arbitror. Neq; quẽq̄ multis metuẽdũ eſſe. quin ad eũ ex multis formido recidat eã vitam bellum æternum & anceps gerere: qm̃ neq; aduerſus neq; ab tergo aut laterib⁹ tutus ſis ſemper in periculo aut metu agites. Contra qui benignitate & clemẽtia imperiũ tẽperauere iis leta & candida viſa oĩa etiã hoſtes equiores q̄ alii ciues. An qui me his dictis corruptorẽ victoriæ tuæ nimiſq; in victos bona volũtate p̄dicẽt: ſcilicet ꝙ q̄ externis nationib⁹ natura nobis hoſtib⁹ noſq; maioreſq; noſtri ſæpe tribuere: ea ciuibus dãda arbitror. Neq; barbaro ritu cædẽ cæde & ſanguinẽ ſanguine expiandũ. An illa q̄ pauloante hoc bellũ in Cn. Pompeium victoriãq; Syllæ increpabãtur. Obliuio interfecit Domitium: Carbonem: Brutum: alios item non armatos neq; in prælio belli iure: ſed poſtea ſupplices per ſummum ſcelus interfectos plebem Romanam in villa publica pecoris modo cõſciſſam. heu

ꝙ illa occulta ciuium funera & repētinæ cædes in parentum aut liberorum ſinum fuga mulierum & puerorum vaſtatio domuum ante partem a te victoriā ſæua atq; crudelia erāt. At quæ te iidem hortanſ. Et ſcilicet id certatū eſſe vtriuſq; vrm arbitrio' iniuriæ fieret: neq; receptā ſed captā a te rēp. & ea cauſa exercitus ſtipēdiis cōfectis optimos & veterrimos oim aduerſum fratres parētiſq; alii liberi armis contēdere: vt ex alienis malis teterrimi mortales ventri atq; pfundæ libidini ſumptus quærerēt: atq; eſſent opprobria victoriæ quorum flagitiis cōmacularetur bonorum laus. Neq; enim te præterire puto quali quiſq; eorum more aut modeſtia etiam tum dubia victoria ſeſe geſſerit: quoq; modo in belli adminiſtratione ſcorta aut cōuiuia exercuerint nonnulli: quorum ætas ne p otium quidē talis voluptates ſine dedecore attigerit. De bello ſatis dictū. De pace firmanda: qm̄ tuq; & oēs tui agitatis. Primū id q̄ſo cōſidera qualis ſit de quo cōſultas ita bonis maliſq; dimotis patenti via ad verum perges. Ego ſic exiſtimo (qm̄ orta oīa intereunt) qua tempeſtate vrbi romanæ fatū excidii aduentarit: ciuis cū ciuibus manus conſertur os ita defeſſos & exanguis regi aut nationi prædę futuros: aliter nō orbis terrarum neq; cūctæ gētes conglobatæ mouere aut cōtundere queant hoc imperiū. Firmāda igit̄ ſunt vel cōcordiæ bona & diſcordiæ mala expellēda: ſed ita eueniet ſi ſumptuū & rapinarum licētiā dēferis nō ad vetera iſtituta reuocās q̄ iāpridē corruptis moribꝰ ludibrio ſunt. Sed ſi ſuā cuiq; rē familiarē finē ſumptuū ſtatueris: qm̄ is iceſſit mos vt homines adoleſcentuli ſua atq; aliena cōſumere: nihil libidini atq; aliis rogantibus denegare pulcerrimum putent: eam virtutem & magnitudinem animi: pudorem atq; modeſtiam pro ſecordia æſtiment Ergo animus ferox praua via ingreſſus vbi conſueta non ſuppetunt fertur acceſſus in ſocios modo: modo in ciuiſmouet compoſita & res nouas veteribus acquirit. quare tollendus fœnerator in poſterū vti ſuas quiſq; res curemus. Ea vera atq; ſimplex via eſt magiſtratum populo non creditori gerere & magnitudinē animi in addēdo nō demēdo reipu. oſtēdere: atq; ego ſcio q̄ aſpera hæc res in pricipio futura ſit: præſerti iis qui ſe i victoria licentius liberiuſq; q̄ arctius futuros credebant: quorū ſi ſaluti potius q̄ libidini cōſules; illoſq; noſq; & ſocios in pace fir

diam: aut quia nulla victo ſecuta eſt eorum necem quaſi dicat: vt Iuuena. Nulli grauis eſt percuſſus achilles: ſz prior expoſitio placet pecoris modo: q2 ſine miſericordia trucidantium & ſine defenſione trucidatorū & ſcilicet: id eſt ſcire licet certatum eſſe. i. propter id arbitrio vtriuſq; veſtrum: ſcilicet Ceſaris & Pompeij vt ſupple iniurie forent reipubli. &c. quoq; modo. i. quo modo. De bello ſatis dictus ſup. eſt & ita finitur prior pars orōnis. Agitatis. i. tractatis. Orta oia intereūt. Prudēter admonet eum interitus rerū. Sed ſi ſuā cuiq; rem familiarem finem ſumptuum feceris: hoc eſt ſi ad menſuram rei domeſtice feceris ſumptum & expenſas. quoniā is id eſt talis mos ſcilicet malus: vt adoleſcentuli putent pulcerrimum eſſe conſumere ſua atq; aliena ſub audi bona id ē ſurrepta alteri. Libidini ſcilicet proprie aliis rogantibus ſcilicet explere libidinē ſuā Pro ſecordia id eſt ꝓpter ſecordiam: hoc eſt vt ſunt ſecordes. Ferox id eſt efferus et ferociens in maleſactis. Cōſueta ſcilicet bona & fomēta gule atq; libidinis: non ſuppetunt i. nō ſufficiunt & ſe nō exhibent. Compoſita id eſt callide excogitata crimina Quare fenerator. i. dator ad fen' eſt tollēdus id eſt amouendus vti: id eſt vt nos curem' in poſterum: quiſq; ſup. curet res ſuas id eſt ꝓpria bona. gerere magiſtratum populo ſcilicet romanorū tāq; publice ciuitati: cui nihil debeas: nō creditori ſcʒ pecunie aut alieni eris tibi a multis crediti & ita cogaris ad eorū voluntatē oia' adminiſtrare In addēdo ſcilicet ad erarium & bonū publicū q; arcti' id eſt cōſtricti' ac modeſtius cuʒ ſint cogendi freno pudoris ingenui & ita liberrimo animo virtuti ſeruituri. Cōſules id eſt pſpicies & cōmoduʒ facies. Non iſta.

ma conſtitues ſi in eandē ſtudia arteſq; iuuentutis erūt non iſta egregia tua fama ſimilis cū vrbe Roma breui concidet. Poſtremo ſapiētes pacis cauſa bellū gerunt laborē ſpe otii ſuſtentāt. Niſi illā firmā efficis vinci an viciſſe qd retulit: quare capeſſe ꝑ deos rēpublicā: & oīa aſpera vti ſoles perſuade. Nāq; aut tu mederi potes: aut omittenda eſt cura hoīb⁹: neq; quiſq̄ te ad crudelis pœnas aut acerba iudicia inuocat quib⁹ ciuitas vaſtatur magis q̄ corrigitur: ſed vt prauas artis malaſq; libidines ab iuuentute ꝓhibeas: ea vera clementia erit conſuluiſſe: ne immerito ciues patria expellerent retinuiſſe: ab ſtultitia & falſis voluptatib⁹: pacē cōcordiā ſtabiliuiſſe nō ſi flagitiis obſecut⁹ delicta ꝑpeſſus p̄ſens gaudiū cū mox futuro malo cōceſſerim ac mihi animus (quibus rebus alii timēt) maxime fretus eſt negotii magnitudine: & quia tibi terræ & maria ſil' oīa cōponēda ſunt: qppe res ꝑuas tm̄ ingeniū attigere neqt: magnæ curæ magna merces eſt. Igit ꝓuideas oportet vti plebs largitionib⁹ & publico frumēto corrupta habeat negotia ſua qb⁹ ab malo publico detineat iuuēt⁹ ꝓbitati & īduſtriæ ſumptib⁹ neq; diuitiis ſtudeat: id ita eueniet ſi pecuniæ q̄ maxima oīm ꝑnicies ē vſum atq; dedec⁹ dēſeris. Nā ſæpe ego cū admoneo reputās qb⁹ qſq; reb⁹ clari viri magnitudinē īueniſſent q̄ res ppl'os natiōes magnis auctorib⁹ auxiſſet: ac deīde qb⁹ cauſis ampliſſimis regna & īperia corruiſſent: eadē ſemꝑ bona atq; mala reperiebā: oēſq; victores diuitias cōtēpſiſſe: & victos cupiuiſſe. neq; aliter quiſq̄ extollere ſeſe & diuina mortalis attigere poteſt: niſi omiſſis pecuniæ & corꝑis gaudiis aīo indulgēs non aſſentādo neq; cōcupita præbēdo ꝑuerſam grām gratificās: ſed in labore patiētia boniſq; p̄ceptis & factis fortibus exercitādo. Nā domū aut villā extruere eā ſignis auleis aliiſq; opib⁹ exornare & oīa potius q̄ ſemet viſendū efficere id eſt nō diuitias decori habere: ſed ipſum illis flagitio eſſe: porro eis qbus bis die vētrem onerare: nullā noctē ſine ſcorto qeſcere mos ē: vbi aīm quē dn̄ari decebat ſeruitio opp̄ſſere: nequaq̄ eo poſtea hebeti atq; claudo ꝓ exercitio vti volūt. Nam imprudētia pleraq; & ſe præcipitāt. Verū hæc & oīa mala pariter cū honore pecuniæ deſinēt. Si neq; magiſtrat⁹ neq; alia vulgo cupīeda venalia erūt: ad hoc ꝓuidēdū

